GEORGII MUNDII A RODACH ... TRACTATUS DE MUNERIBUS, HONORIBUS ET...

Georg Mundig von Rodach, Lucas Schnitzer


LIBERTAS
GEORGII MUNDII
á Rodach JC. &c
TRACTATUS
DE
MUNERIBUS, HONORIBUS ET ONERIBUS &c.
NORIBERGÆ
Typis et impensis
JEREMIÆ DÜMLERJ.
PRUDENTIÆ
VIRTUTI

GEORGII MUNDII A RODACH,

Jurisconsulti, Sacri Cæsarei Palatii Comitis &c. Poetæ Laureati, Consiliarii Electoralis Saxonici &c.

DE

MUNERIBUS ET HONORIBUS, TAM PERSONALIBUS, QUAM REALIBUS, TAM ORDINARIIS, QUAM EXTRA ORDINARIIS,

Sive

DE EXCUBIIS AGENDIS, HOSPITIBUS RECIPIENDIS, ET CONTRIBUTIONIBUS, ALIISq; ONERIBUS SUBEUNDIS,

Tractatus Theorico-Practicus,

Cui

Aliquam multa immediatorum Nobilium & aliorum Privilegia inserta & declarata,

Opus novum, pium, utile,

&

Hoc præsertim tempore, summè necessarium.

NORIMBERGÆ,

Typis & impensis Jeremiæ Dümleri.

ANNO CHRISTI

CIↃ IↃ C XLV.

Symbolum Autoris.

IPSE FACIET.

Psalm. 37. vers. 5.

Q*Vid depreßa jaces mea mens? quid tristia fundis*
Carmina, cum tete sors inimica premit?
In Dominum confide tuum, confide Iehova,
Hic facit, Hic fecit, *semper &* Hic faciet.
Ergò DEO *confide tuo, confide* Jehovæ,
IPSE *etenim* FACIET, *te cripietq; malis.*

Georg. Mundius à Rodach JCtus
Com. Palat. Cæs. &c.

Aliud.

Αὐτὸς ποιήσει. σὺ σαὶ γ' ὅλ' ἐπίτρεψον ἐκείνῳ
Εὔξασθαι θνητῶν ἔργμα, θεοῖο δράζειν.

Matth, Zuberus. P. L.

Totius immediatæ, & liberæ Imperialis

NOBILITATIS

DIRECTORIO,

Ejusq; membris splendidissimis

Viris

Generosis, Strenuissimis, Virtute & Genere Nobilissimis,

Dn. Johanni Philippo Geudern von vnd zu Herolßberg / in Newhof/Stein/rc. Equiti Aurato, & Consiliario Anhaltino, Montanorum Capitaneo.

Dn. Carolo von Streitberg in Veilbronn / Sachsgrün / Gattendorff/rc. Judicii feudalis Brandenb. Assessori.

Dn. Wolfgango Sigismundo von Luchaw /in Dandorf / Eckersdorf/rc. Colonello & Consiliario Brandenburgico.

Dn. Carolo Gothofredo von Giech in Thurnaw/ Buchaw/ Wiesenfels/Pesten/Bronn/Partenfeld/Krägelstein/judicii feudalis Bambergensis Assessori.

Dn. Johanni Christophoro von vnd zum Rabenstein/rc. Judicii feudalis Bamberg. Assessori.

Dn. Johanni Casparo von Herdaw in Aßmanstadt/rc. Capitaneo in Odenwald.

Dn. Johanni Erhardo Wolfsfeel von Reichenberg / in Vttingen/ Lindfluhr/rc.

Dn. Johanni Volperto von Schlitz cognom. Görtz in Schlitz/hereditario Mareschallo & Consiliario Fuldensi, designato Capitaneo in Röhn & Werrn.

Dn. Joachimo Christophoro von Seckendorf in Vllstädt/ Capitaneo auff dem Steiger Wald.

Dn. Georgio Friderico von Kreilsheim auff Rütlingen/ Capitaneo in Altmühl.

Dn. Wolfgango Bernhardo von Kreilsheim auff Newhauß / Equitum Magistro & Consiliario Würtzburgensi.
Dn. Ernesto Wilhelmo von Liechtenstein / auff Yppesheim vnd Stein / &c.

Dominis, Fautoribus & Amicis meis gratiosis & colendis,

S. & Offic.

SAulem, primum populi Israelitici Regem, primum quoq; contributionum autorem fuisse ex 1. Reg. 8. v. 11. & seqq. summæ eruditionis & judicii gravissimi ICtus Ernestus Cothmannus Cons. 3. n. 232. vol. 4. conjectat. Ego verò, jussu divino, Mosen omnium legislatorum primum, earundem certum constitutorem extitisse nullus dubito. Hic enim cum sanctuarium, cum sua suppellectile, conficere juberetur, ab omni populo, aurum, argentum, æs, sericum, colore hyacinthino tinctum, & purpuram, coccumq; bis tinctum, & pelles arietum rubricatas, & lapides & gemmas, Levit. 11. v. 3. & seqq. petiit, & tanto numero, à volente populo, accepit, ut, ne vir aut mulier quid ulterius afferret, præconis voce renunciare coactus fuerit, Levit. 36. v. 5. & seqq. & hoc in honorem DEI ter-optimi, ter-maximi factum, primum omnium charitativũ fuit: quod deinde successu temporis, exigente necessitate, alia excepisse, credibile est, Exod. 30. v. 13. 2. Paralipom. 24. v. 9. Tum temporis quippe, in constituenda & formanda Republica, gerendoq; bello, præter spolia Aegypti, & quæ ab insequentibus, & in mari rubro submersis hostibus acceperant arma, populo Iudaico nulla erant subsidia, quam quæ sibiipsi subministraret. Constat

namq;



Mundius hic ille est, quo Iuris norma recepit
Fracta decus, ſedem devia, ſpreta fidem.

Lucas Schnitzer Scalpsit. Georg: Christoph: Stirn D.

namq; neq; quietem sine armis, neq; arma sine stipendiis, neq; stipendia sine tributis, haberi posse, dissolutionemq; status fore, si fructus, quibus Respublica sustinetur, diminuantur, teste Tacito lib. 4. Histor. & lib. 14. Annal. & Plin. in Panegyr. Trajan. unde & adhuc hodie, cujuscunq; imminentis necessitatis causa, Contributiones instituuntur, quas Extraordinarias rectè vocamus, ad differentiam videlicet statorum & ordinariorum annuorum tributorum, in subsidium magistratus dari solitorum. Atq; utinam, atq; iterum utinam in impositionibus & exactionibus, certus modus observaretur, nec tam enormiter & à magistratu ipso & ab exactoribus atq; præfectis, præter imperatas pecunias suo privato etiam compendio servientibus, peccaretur: & omnia melius se haberent: nec tot universitates, civitates, oppida & pagi pessum irent, & funditus subruerētur. Dum verò, quod dolendum, & à principibus & inferioribus magistratibus, contra jura & consuetudinē, non excusso prius, quod ante omnia fieri deberet, proprio marsupio, ad omnē, quantumvis non necessarium casum, pecuniæ jam, non ut olim, petantur, sed imperentur, & rigorosè exigātur, & præterea nulla ratio parentium & morosorum habeatur, sed illi, præ his, excutiantur & subruantur, mirum non est, quod justo DEI judicio, cæcitatem mentibus immittente, omnia adversum cadant, & sublapsa referantur.

Videmus hodie, quod Ethnicis sanioribus invisum, & victu & amictu spoliari subditos, ob contributiones impositas: videmus ad incitas redigi, & quasi rem bene gestam haberi. Cinguli privatio, cum quinquaginta librarum auri mulcta, & amissione dignitatis atque militiæ, talibus olim proposita erat harpyis: hodie catenæ aureæ, & splendida officia iis dantur,

)( )(

qui

qui onera importabilia cumulare faciunt, quod dicit Sylvius, de Curial. miser. & novos emulgendi subditos excogitare possunt modos. Ita verò fit, ubi Mars dominium obtinet, & Avaritia hominũ mentes obsedit. Neq; modus huic reterit nullus, nisi cordatiores ad sanandum hoc ulcus modos invenerint, &, καὶ ταῖς χερσὶ, καὶ ποσὶ, καὶ πάσῃ δυνάμει· *allaboraverint, atque magistratibus jam non emergentia, sed jam jam emersa damna ad oculum demonstraverint, præsentemque eorum ruinam, in oppreßione subditorum, deduxerint, ubi, nisi Pharaonica obduratione oppreßi, vel Tiresiæ cæcitate occupati, manus ad stivas applicare cogentur. Et nisi hoc fecerint, cum Phrygibus serò sapient, & amisso jam grege, septa demum claudent, strenuèque sano corpore & ipsi esurient. Quod ne fiat, & ut omnia, si non in totum, tamen quantum fieri potest, restituantur, ego quoque, pro concredito mihi talento, calculum meum aliis adjicere volui. Scripsi ergò, licet Iliadem post Homerum quibusdam scribere videar, apertè, de omnibus, tam personalibus, quam realibus, tam Ordinariis, quam Extraordinariis oneribus, scripsi de modis imponendi & exigendi eadem, ubi insimul vitia, & quoties & à quibus hic peccetur, demonstravi. Gratiam, quam inde reportaturus sum, spero nullam, nisi quam solet mundus dare, quamq; sæpißimè expertus fui: Scio tamen aliquam oppressos mihi relaturos, si præsertim sublevationem exinde sentient. Sit ergò, & exeat hic noster Commentarius ad omnes, informet superiores, corrigat peccantes, reducat errantes, juvet oppressos, & eum, in quem scriptus, operetur finem. Vos verò, Viri Generosi & Nobilißimi, quos vel ob pristinam in Aula Imperiali contractam amicitiam, vel ob insignem, quem mihi quotidiè*

exhi-

exhibetis favorem, vel multifariam vestram virtutem & experientiam, in compatres eligo, in patrocinium vestrum accipite, & nonnihil etiam de Privilegiis vestris, quæ ubique contra Ius & fas impetuntur, inibi perspicite, & videte atque vigilate, ut, quæ tam carè parta, ad seros quoque transmitti queant nepotes.

In collocatione verò vestrorum nominum, quæso, me excusatum habete, cum in ea non dignitatum & qualitatum, sed ordinum & locorum, sub quibus unusquisque habitat, rationem habuerim, idque non sine ratione. Et scio, Vos, Viri Generosi & Nobilissimi, id non malè habituros. Atque ita valete & vivite, & in amore & favore perannate. Coburgi Pridie Nonarum Quinctilis 1643.

Vestræ Generosæ & Strenuissimæ Nobilitatis

Studiosissimus

Georg. Mundius à Rodach
JCtus, Comes Palat.
Cæsareus &c.

PRÆSCRIPTIO AD LECTOREM, contra Momum.

Miraberis, amice Lector, cui præsertim labores mei cogniti, quod tam serò hasce de Contributionibus, omnisq; generis oneribus edam Meditationes: sed desines, spero, ubi rationes & statum meum perçeperis. Postquam ab Aulis, ubi in curia successoris vix unquam tales videmus, quales apud antecessorem fuére, cum nullum in atriis principum majus studium, quam ut alii alios de gradu præcipitent, & se erigant, Æneas Sylvius Picolom. *Epist. 201.* discessionem feci, & solitariam vitam elegi atq; privatam, inibique Deo & proximo inservire studui, diu latere non potui, quin iterum in Consilium vocarer, quod tandem, monentibus non solùm, sed etiam infeliciter urgentibus amicis subire volui. Sed ecce, dum in procinctu, & Spartam meam adire paratus sum, novæ iterum moventur ab Adversariis meis, qui me iniquo oderunt odio, *Psal. 25. v 19. Psal 38. v. 21.* turbæ, dum clàm & subdolè me principibus deferunt, &, ut loquitur idem Sylvius, *de Curialium miseriis. in princ.* hostem me reddere curant, & clamant, yenite, & percutiamus eum linguâ, *Ierem. 18. v. 18.* quo factum, ut aditus quidem ad eam mihi non planè præclusus, sed tamen ad tempus benè longum dilatus, ut proinde videatur, me vel fuisse indignũ illâ, aut illam forsitan me non fuisse dignam, *Tob. 3. v. 19.* Interim dum malum de me cogitârunt Adversarii, Deus vertit illud in bonum, *Genes. ult. v. 20.* utpote qui exinde, designatâ mihi sede, diversimodè ab amicis & inimicis occupatâ, exspoliatâ, & tandem non planè & funditus subrutâ, summo Dei beneficio servatus non solùm, sed & commodè sustentatus: maximè, cum quivis nullam turbarum & adversitatum causam, quam veritatem, & amorem justitiæ deprehendere possit: adeò scilicet verum est, quod ex Herodiano *lib. 4. cap. 16* refert Clarissimus Reines. *lib. 3. var. lect. cap. 5.* τῶν σκομμάτων κνίζειν μάλιστα, ὅσα ἐλέγχει τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἀλήθειαν, hoc est, ea dicteria maximè pungere, quæ delicto-

delictorum veritatem arguunt. Mirum tamen quantum exinde temporales ac utiles cognoscere etiam didicerim amicos, *Eccles. 6. v. 7. & seqq.* utpote qui me colere & observare cœperunt, cum primus essem in aulâ, pinguedinem mellis tanquam muscæ sequentes: amicum principis, *1. Reg. 2. v. 8.* non me amantes, officio, non homini alludentes, mutati me mutato, abeuntes ubi cessavit stillare favum, Sylv. *dict. epist 201.* quibus proinde cum Petronio *in fragmentis* rectè occino,

Cum fortuna manet, vultum servatis amici,
Cum cecidit, turpi vertitis ora fugâ.

& illud Martialis *lib. 9. Epigramm. 15.*

Hunc quem mensa tibi, quem cœna paravit amicum,
Esse putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprum amat, & mullos, & sumen, & ostrea, non te,
Tam bene si cœnes noster amicus erit.

Valeant ergò isti, cadis cum fece siccatis diffugientes & ollæ, quos vocat Suida in Ζεῦ, amici, Ovid. *lib. 1. Trist. Eleg. 8. post princ.* Illi verò tuæ, DOMINE, commendati sint vindictæ, attende ad me, & audi vocem adversariorum meorum, *Ierem. 18. v. 19.* confundantur, qui me persequuntur, & non confundar ego: paveant illi, & non paveam ego, *Psal. 13. v. 5. Psal. 58. v. 11.* induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos, *Psal. 68. à princip. & 109. per tot. Psal. 140. v. 10. Ierem. 17. v. 18.* DOMINE exercituum, probator justi, qui vides & renes & cor, videam, quæso, ultionem tuam ex eis, tibi enim devolvi causam meam, *Ierem. 20. v. 12.* & hoc pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem & fletum exultationem infundis, sit nomen tuum, DEUS Israël, benedictum in secula, *Tob. 3. v. 21. & seqq. Psal. 71.* Postquam verò omnem culpam amolior, &, ne gradu præcipitatus videar, laboro, & quanto honoratior & potentior censebar, tanto debilior

 lior

lior & inhonoratior fiam, & inimicis gaudio, amicis verò & propinquis, & mihi dolori, molestiæ atque dedecori, Sylvius *d. loc.* Wilh. Ant. *in Epist. gratulat. ad Theod. Höping. §. quid enim laudabilius n 23. paulò ante fin.* labitur unus & alter mensis, & hujus etiam Comment. nostri maturatio & editio de die in diē differtur. Quæ mora non mihi, sed malevolis meis iniquè me deferentibus imputanda. Utinam verò aperto se ostendissent Marte, aut adhuc sese ostenderent, quo frontem apertam ipsis vicissim ostendere possem, & sanè facerem, ut pigeret & puderet ipsos delationis talis: sed, quia latent, latenti etiam DEI judicio eos committo, quòd, serò quidem, sed seriò nimis, & sic quidem sentient, ut, rubore confusi, palam nequitiam suam deflere cogantur. Tu verò, Amice & candide Lector, mecum precare DEUM pro patientia, & si, in aliquibus, nos juvare potes, juva, nostrosq; labores, in tui & boni publici commodum susceptos, boni consule, sed &, perlecto sequenti Psalmo, pancraticè & athleticè vive.

Psalmi LXXIII. Paraphasis.

INtonet ut cœlum, mare gurgite turgeat imo,
Aer & horrisonis mugiat usq; Notis.
Non tamen omnipotens miseros nos rebus in arctis
Deseret, auxilio destituetve suo:
Dummodò nequitiâ puras habeamus, & aptas
Mentes, & summo corda dicata DEO.
Ast ego, dum vidi sursum sua cornua onustos
Omnigenis vitiis tollere sæpe viros:
Conspexiq; bonis florere & abundare cunctis,
Quæ dabat & tellus, Regis & aula dabat,
Me ferè præcipitem, mundo vinctumq; dedissem,
Pesq; fefellisset lubricitate viam.
Vivido enim, dixi, fixæ stant corpore vires,
Nec metuunt casus ulla pericla sui.
Labitur his cursu pene omnis vita secundo,
Cum tamen, heu! reliquos sorsq; timorq; premant.

Torqui-

Torquibus incedunt hinc colla superba gravati,
Ventosóq; tument pectora cæca thoro.
Testanturq; suo cordisq; animiq; furorem
Cultu, & quæ cæcus plurima patrat amor.
Turgent fœti adipe, & pleno omnia copia cornu
Suggerit, ut faciant, quæ modò-cunq; libent.
Omnia despiciunt ex alto, & fulmina promunt,
Et terrent miseros, mente cadente, viros.
Singula verba volunt oracula singula mundo
Esse, & totius normam animamq; soli.
Hinc catervatim hos comitatur turba clientum,
Accurrens celeri & non remorante pede.
Atq; ait, omnipotens cur ista negotia, & istos
Curaret? cur non cerneret alta magis?
Ecce ita transigitur malè sanis molliter ævum.
Suppeditantq; malis luxurianter opes
Frustra ergò puro quod vivo pectore? frustra
Innocuas nostras continuiq; manus?
Quottidieq; malis millenis torqueor, ullos
Sentio nec vacuos experiorve dies?
Et fere cum stultis, pravo temerario & ausu Hiob. 11. v. 7 & per tot.
Culpassem occultum consilium ipse DEI,
Damnassemq; pios, bona charaq; pignora IOVÆ,
Dixissemq; reos criminis, atq; malos.
Anxius ut scrutor, causasq; inquiro latentes
Longùm, animi dubius, pendeo, & hæret aqua:
Donec & illorum quis finis & exitus horum,
Ex adytis didici, summe Iehova, tuis.
Hic ubi mox vidi, quam lubrica splendida cuncta,
Quamq; petant imum, quæ modò summa, locum,
Quam fragiliq; loco dites positi atq; superbi,
Quamq; minus fixa sede sedere queant.
Horribili pereunt etenim morte, atq; repente
Et vanas cernas divitiasq; vagas.

Non

Non secus ac somnus, somni aut fugientis imago
Transit, honor transit, gloria itemq; fugit.
Sed dolet, atq; iterum curarum fluctuat æstu
Mens mea, dum abjectum me putat, atq; pecus.
Interea tamen, ô Deus *optime, maxime, soli*
Confido tibimet, subsidiumq; tuum
Imploro fidens: tua nam, victoria certa,
Dextra, mihi; auxilium, gloria honorq; tuum:
Tete habeam *modò, summe* Deus*, pater optime,* Tete:
O habeam: *præ te nil mihi cura poli:*
Nil etiam fragilis, quæ possidet omnia, mundus
Curo, tuus mihimet sit modo perpes amor.
Sit licet, & pereat corpus cor tabeat usque,
Oppressa omnigenis mens jaceatq; malis.
Tu tamen æternum rebus solamen in arctis,
Robur & es firmum, & spes mea sola, Deus.
Funditus extirpasq; malos, atq; obruis omnes,
Te qui seposito, numina falsa colunt:
Te sequar ergò Deus*: tibi fixum hærere juvabit,*
Spesq; meis solus tu mihi rebus eris.
Præsidioq; tuo liber, tibi jubila fundam;
Atq; feram ad summos nomina sancta polos.

AD INVIDUM.

INVIDE, dum famam laceras, dum crimina fingis,
Et, quacunque potes parte nocere, noces;
Non curo: DOMINUS jussit maledicere, & IPSE
Retribuet mihimet, retribuetque tibi:
Huic commendo vias nostras, FACIET q; paternè,
Et bona pro meritis, & mala cuique dabit.

G. MUNDIUS à RODACH.
Utriusq; Juris D. Com. Pal. Cæs. &c.

I. Ad

I.

Ad Magnificum & Nobilissimum

DN. GEORGIUM MUNDIUM von Rodach/

Jurisconsultum, Consiliarium &c. Saxonicum,
Comitem Palatinum Cæs. & Equitem.

IUridico in cælo nova mundaq; stella, GEORGUS
MUNDIUS, illustrans Iuris utrumq; polum.
Dico novam, nobis cum multa novissima pandat,
Explicet atq; novis abdita sensa, notis.
Iustitiam & jungat Pietati & fædere firmet,
Scripta viri monstrant publica, fruge boni.
MUNDIUS immundi casus mundi undiq; mundat,
Factaq; pro meritis format ubiq; suis.
Qui volet, invideat: non MUNDIUS invidet ulli,
Quo plus invideas scribere plus satager.
Excutiat Themidem, puteal Mars occupet ipsum,
MUNDIUS hic Leges perget & arma loqui.
Falleris Astræam mundo excessisse, reversa est,
Sollicitam Libram sidere fixit ubi.
Ne raperent reprobi, vel vanis usibus esset,
Scorpius hanc pugnax Arcitenensq; egit.
Interea nostris oculis manet obvia semper,
Mente datur saltem hac liberiore frui.
Multi Iura sciunt, animus sed deficit æquus,
Libra opus est, si vis reddere lance pari.
Dum facis hoc, MUNDI, stellam te dixero mundi,
Iuridico & cælo lucida Libra micas.

Kunrat von der Thann.

A II. Quas

II.

QVas vel majores, vel nos quæsivimus ipsi,
Eheu! militibus contribuuntur opes.
Hanc multis veterum placuit comprendere scriptis
Materiam, quibus haud cognita praxis erat.
Nos hodie praxin compellit discere miles,
MUNDIUS *ut libro tradit habetq; suo.*
Per secli spatium, vix tantam impendit opum vim,
Ad rem frangendam, Turca nefande, tuam,
Imperii populus, quantam in sua viscera jam nunc
Uno anno impendunt Imperii proceres.
Grande quidem verbum, sed rerum gesta legentes
Hoc verbum vero verius esse sciunt.

Johann. Jacob Draco JC.
Com. Pal. Cæs. Cons. &
Cancellar. Saxo-Cob.

III.

Georgius Mundius à Rodach, JurisConsultus Clarissimus.

Ἀναγραμματικῶς.

Tu solus rudi huic mundo consulis, ac suggeris rarissima.

DOcti grande decus mundi, doctissime MUNDI,
MUNDI, præ reliquis quem Themis alma fovet.

Tu

Tu solus (sic nostra tuo de Nomine Musa
Elicit) Huic Mundo, ceu pater, usq; Rudi
Consulis, Ac Juris Rarissima Suggeris, & te
Ostendis celebrem, non sine laude, virum.
Imò Vires, viridiq; vires velut arbor in horto,
Dum vires dat vis ingeniosa tibi.
Imò Vires, clarosq; viros rapis, & capis, & Jus
Et fas tecum unà docta per ora trahis.
Imò Vir es, pennâ quem non metuente per astra,
Per maria, & terras plurima Fama vehit.
Vive ergò felix Mundi clarissime, Vive, &
Consule huic mundo, & suggere rara diu:
Suggere rara diu, donec Mundi melioris
Pro meritis veniant Munus Honosq; Tibi.

Honoris & amoris ergò
apponebat

Iohan. Neydecker J. V. D. Reverendissimi & Illustrissimi Principis Bamb.
Consil. & Judicii Feudalis
Civil. Judex &c.

IV.

Mundi, *sacrarum celeberrima glòria legum!*
Mundi, *Pierii maxime montis Atlas!*
Quis non miretur fatorum mobile Numen?
Aut quis Fotunæ perneget esse rotam?
Vexat inæqualis tumidum mutatio Pontum,
Dum modò sublatis sidera pulsat aquis,

Et modò Tartareum raptim subsidit ad orcum,
Frigida ventoso bella movente DEO:
In varias glaucum transfundi Protea formas
Minsigena Manthus docta propago refert.
Fit leo, fit vulpes, fit sus, furiosaq; tigris,
Virginis hic vates os habitumq; gerit:
Vertumni cunctas etiam natura figuras
Induit, indicio sat tibi nomen erit,
Cinge comas hederâ; speciem furatur Iacchi,
Da plectrum: Phœbi mox simulacra refert.
Has inter vices albis fortuna caballis
Præterit, & mira mobilitate valet.
Si quis, tu, MUNDI, *scis me dixisse Sibyllæ*
Et Phœbi doctis consona verba libris.
Nam te COBURGO *duxit sors primitus Aegram,*
At tulit insignem cui tua Pallas opem:
Mox ægrâ rursus COBURGUM *misit ab Aegrâ,*
Qua quoq; non longas ducis in urbe moras.
Hinc te clara suo gremio complectitur Isis,
Nec non Saxoniæ principis aula tenet.
Nessa suos imo crines de gurgite tollit,
Et bene te lætâ voce venire jubet,
Exultant Dryades, lætatur magnus Apollo,
Et nova capripedes carmina Panes hiant.
His attexo meum votum: felicia MUNDI
Thyrigetum culto basia fige solo.
In puppi sedeat Pallas, votisq; secundis
Provehat ingenii singula cœpta tui:

In

In te grandevus derivet SAXO *favorem,*
Quem non extremum deleat ante diem.
Te totamq; tuam servet cum conjuge gentem,
Nestoris in longos usq; Jehova dies,
Sic sanctæ passim Leges & Jura virebunt,
Et stabit lætis Laurus amicta comis.

Heinricus Rödigerus D. &c.

V.

QUisq; sua Veterum natura amplexus amores
Certos, ad famam gloria nec facilis.
In diversa diu diversas contulit artes
Pectora, nec rarò parca Camœna fuit.
Ausonius, Flacco, Lucanus, Naso, Maroq; ,
Silius Italicus nil nisi carmen amant.
Non Demosthenicæ Romano idiomate laudes,
Nec Patri Senecæ gloria Græca fuit.
Dicendi magno libertas in Cicerone,
Ingeniiq; seges culta fluentis erat.
Arctior at fuerat docti facundia Plinj,
Justinus rebus maximus arte minor.
Summus Aristoteles docuit primordia rerum,
Omnia prudenti cum ratione videns.
Sunt aliis gemini bene nota volumina Juris,
Bartolus & Baldus nomina magna dicæ.

Et modò laudantur ſubtilia dogmata Fabri,
Gailius & mira Jus modò laude docet.
Quorum ſat juſtus quærendi nominis ardor,
Unica ſed famæ cauſa & origo tamen.
Nunc effudit opes in Te, doctiſſime Mundi,
Cunctaq; dona Tibi prodiga Muſa tulit.
Tu colis & verſus, Vates, & carminis artem,
Tu lepidos cantus, Tu grave pangis epos.
Romano Ebræoq; ſtylo Clariſſimus audis,
Tertiaq; in partes Graia Camœna venit.
Et ſtricto atq; vago linguam ſermone polivit
Cum denſo rerum pondere Suada Tibi.
Tu ſeptemgeminas ſubtilis acuminis artes
Et grande illud amas enucleare ſophos.
In Te conſultæ ſplendeſcit ſtella coronæ,
Quam gerit excelſa fronte Patrona Themis.
Nominibus quicquid potuit præconia famę
Temporis antiqui conciliare novæ.
Hoc in Te liceat ſolo laudare per orbem,
Et Nomen ſemper magnificare Tuum.
Millenis facib9 ſplendet nox atq; ſuperba eſt,
Stellarum tota ſufficit una die.

*In debitæ obſervantiæ
teſtimonium adjecit*

*Georgius Chriſtophorus
Stirn U. J. D.*

VI. Eſt

VI.

Est onerum præsens hac ætas plena, potenter
Quâ Mars in mnudo regnat ubiq; ferus.
Assint imponenda quibus, cur, quomodo, quando,
Ex utroq; doces jure probasq; satis
Distinctè, clarè, perquam subtiliter atq;
Nervosè, ut tua vis ingenii, ecce, valet.
O utinam iste tuus discursus norma sonaret,
Nunc onera in Patria multiplicantur ubi:
Undiq; non rixis certarent atq; querelis,
Quos vexat miles barbarus, atq; premit.

M. Andreas Fromman in illustri Athenæo
Coburgensi Director & Profess. Public.

VII.

GEORGIUS MUNDIUS.
DIGNUS EGO VIR SUM.

Dignus ego Vir sum! *verto:* Sum Vir ego dignus.
Me dignum Indignus qui negat esse virum.

2.

GEORGIUS MUNDIUS JC. COMES
PALATINUS ET CONSILIARIUS
SAXONICUS, ET CETERA.

Totidem literis transpos.

Consus es egregius: Lex omnis & omnia Iura
Oclis tuis aperta sunt ac Iudici!

M. Johannes Hartmanus P.L Cæs.
& Symmista Rotenburgo-Tuberanus.

VIII. Zore-

VIII.

ZORERUS meruit laudem, de tempore ſcribens
Bis octo quæſtiunculas;
Debita quî poſſint ſolvi, quî labſa virere
Rurſus queat Reſpublica.
MUNDIUS æqualem, ſcribens de tempore librum,
Quæ vera Contributio,
Promeruit laudem. ſed, proh dolor! improbus illos
Miles nihil facit libros,
Contribuiſſe urget miſeros REM, SPEMq; FIDEMq;,
O ſecla Pharaonica!
Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.
Erit tempus, DEO DUCE,
Quò gratus fuerit labor hic, quò gloria ſurget
Autoribus decens ſuis.

Johann. Leib Cob.
Advocans &c.

IX.

Georgius Mundius.

Jus Mundi ſuggero.

Suggero Jus mundi *tractans civilia Jura,*
CHRISTE, *mihi vires ſuggere, mundus ero.*

M. Joſeph. Balthaſarus
Finckius &c.

In

In nomine Sanctissimæ & Incomprehensibilis Trinitatis Patris, Filii & Spiritus Sancti Amen.

GEORGII MUNDII

à RODACH, ICti, C. P. Cæs. Consiliarii Electoralis & Ducalis Saxo-Hennenbergici, &c,

DE

Muneribus, honoribus & oneribus, von Wachten/ Einquartirungen/ Frohnen und Anlagen/ etc.

TRACTATUS

PROLOQUIUM.

Summaria.

1 *Turbatus nominum usus rerum cognitionem turbat.*
2 *Cognitionem nominum, sequitur cognitio rerum.*
3 *Munus tripliciter sumitur.*
4 *Et vel ut donum.*
5 *Sic Magi Christo munera dederunt.*
6 *Sic legatis munera dantur.*
7 *Sic & iniqui judices munera accipiunt.*
8 *Quæ tamen, præter esculenta & poculenta, prohibita.*
9 *Donum generalius est, quam munus.*
10 *Et differunt ut genus & species.*
11 *Munus & donum unde dicantur.*
12 *Vel ut officium publicum.*
13 *Distichon Johannis Funccii elegans.*
14 *Vel ut onus, tam personale, quam reale.*
15 *Idq; omnes subire tenentur.*
16 *Sunt autem munera vel personalia, vel patrimonialia, vel mixta.*
17 *Et personalia vel Ordinaria vel extraordinaria.*
18 *Et utraq; vel Honorifica, ut Consulem, Consiliarium &c. fieri.*

19 *Stipem in æde sacra colligere.*
20 *Vel sordida, & quæ.*
21 *Sordida sunt quæ sordida reputantur.*
22 *Mos regionis vim legis habet.*
23 *Vel nec sordida, nec honorifica & quæ.*
24 *Patrimonialia itidem sunt vel Ordinaria, vel Extra ordinaria.*
25 *Illaq; habent vel certam in re & tempore præstationem, & vocantur* Schatzung/ Losung.
26 *Vel non habent, lege tamen jubente injunguntur.*
27 *Qualia sunt reparatio pontium & viarum, &c.*
28 *Receptio hospitum.*
29 *Et hæc iterũ sunt vel publica vel privata.*
30 *Publica: ut Imperialis, Circularis, Provincialis collecta.*
31 *Privata: ut Præfecturalis, Municipalis.*
32 *Hæc omnes secundum as & libram,* nach den Hufen vnd vermögen *indicuntur.*
33 *Publica verò, pro ratione necessitatis, etiam per fumantes,* nach den Fewerstätten.
34 *Aut Capitatienem,* nach den Häuptern.
35 *Casaubonus, ut dignus, laudatur.*
36 *Extraordinaria sunt, quæ nulla lege &c. sed ex improviso, per magistratus, indicuntur.*
37 *Et sunt iterum vel sordida vel honesta.*
38 *Sordida sunt angariæ, parangariæ.*
39 *Honesta quæ, remissivè.*
40 *Mixta sunt, quæ in labore personæ consistunt, & propter rem & personam imponuntur, & naturam personalium sapiunt.*
41 *Et sunt duplicis generis: Unius partim Capitationis simpliciter, partim patrimonii respectu personarum.*
42 *Capitationis simpliciter, quando indifferenter omnibus sine discrimine sexus & conditionis imponuntur.*
43 *Patrimonii quando ejus respectu personis ita imponuntur, ut quidem impositio rem, obligatio verò personam concernat.*
44 *Finalis causa est res, obligatio tamen in personam dirigitur.*
45 *Unde materialiter sunt onera rerum, formaliter personarum.*
46 *Materia & forma unum totum constituũt.*
47 *Alterius generis partim sunt Mannalia,* Handfrohnen.
48 *Ruricalia partim,* Wagendienst.
49 *Et utraq; vel determinata,* gemessene Dienst.
50 *Vel indeterminata,* vngemessene Frohnen.

DE Muneribus eorumq́; diversis Speciebus acturis, verbi vis & potestas præprimis necessaria est: Ut
1 enim conturbatus † nominum & rerum usus, ipsarum quoq; rerum cognitionem turbat, ἡ τῶν ὀνομάτων χρῆσις διαταραχθεῖσα καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιταράττει γνῶσιν, Galen, *lib. 3. de simplic. medicament. fac end.* sic vicissim, ut sapiens Epictetus verè & sapienter, ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις, hoc est, principium eruditionis est nominum trutinatio, & qui gnarus est verborum, gnarus erit & rerum, sivè,
2 cognitionem † nominum sequitur & cognitio rerum, ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα, Plato *in Gorgia.* eruditissimus Casaubonus *Exercit. in Baron. 16, diatrib. 29.* Scipio Gentilis *lib. singul. Origin. in princ.*

Cum

Cum ergò verbum Munus † in Jure nostro, & à probatis 3
autoribus diversi modè & tripliciter sumatur, Remig. de Gonnii *de charitatib. subsid. quæst. 58. n. 1.* & modò donum, modò officium, modò onus significet, *L. munus 18.* ubi Gœddæus & Dd. communiter, *ff. de Verb. Signif.* Cardinalis *in c. perpendimus n. 11. de sentent. excommunic.* Sylvester à Prierio *in summa verb. gabella. 1. n. 6.* operæ pretium erit, verum ejus usum & significationem, & quomodo eodem nosmet impræsentiarum usuri, inquirere non solùm, sed & præclaris testimoniis proponere, & enucleare. Dicitur autem munus primò † donum: Et sic Magi, juxta 4
Matthæi *2. vers. 11.* ibiq; Juvencus *in paraphrasi*, munera obtulerunt Christo:

At postquam † puerum videre sub ubere matris, 5
Dejecto prona texerunt corpore terram,
Submissiq; simul mox mystica munera promunt
Aurum, Myrrham, thus, Regiq;, Hominiq;, DEOq;.

Et Prudentius *in Apotheosi, poemate docto & luculento,* contra Homuncionitas, *vers. 699. & seqq.*

Hunc ego non cumulem myrrheq; & thuris, & auri
Muneribus? scio, quem videam, quæ dona rependam.
Hunc ego non venerer? qui cælo visus, humiq;
Inventus, Rex, atq; DEUS moderatur utrumq;
Naturæ specimen, tumuloq; inferna refringens
Regna, resurgentes secum jubet ire sepultos.
Cœlum habitat, terris intervenit, abdita rumpit
Tartara. Vera fides, DEUS est qui totus ubiq; est.

multiscius Barthius *lib. 58. Adversar. cap. 2.* quibus respondet amicus noster Doctor Finckius *Epiphan. Domin. ante fin.*

Ecce Magi donant Regi tria munera Christo:
Crux, myrrha est: aurum, gloria: thura, preces.

Sic munera † dari mittiq; dicuntur legatis, Regibus, aliis, 6
Alberic. Gentil. *lib. 1. de legation. cap. 16.* Matth. Bortius *de legat. conclus: 16. lit. B. & conclus. 24. lit. A.* & Livius testatur, Munera misisse senatum Masanissæ regi, auream coronam, auream patenam, sellam curulem, scipionem eburneum, togam pictam, & palmatam tunicam, *decad. 3. lib. 10.* Gentil. *d. loc.* & iniqui † 7
quandoq; judices Esaiæ *33. vers. 15.* licet id, præter esculenta † 8

& poculenta, quæ intra dies proximos prodigantur, expressè prohibitum, *l. plebiscito. 18. ff. de offic. præsid.* Joseph. de Sese *de syndicat. n. 6. 7. & 8.* & alii munera accipiunt, iisdemq; placantur, Genes. *32. vers. 20. & 43. vers. 11.* Ovid. *lib. 3. de arte amand. paulo ante fin.*

Munera, crede mihi, placant hominesq; Deosq;,
Placatur donis Juppiter ipse datis.
Quid faciet sapiens? Stultus quoq; munere gaudet,
Ipse vir, accepto munere, mitis erit.

Et Virgil. *Eclog. 3. vers. 62. 63. & 68.*

Et me Phœbus amat, Phœbi, sua semper apud me
Munera sunt Lauri, & suave-rubens hyacinthus.
Parta meæ Veneri sunt munera. ——

Reinkingk *lib. 2. de regim. secul. & Ecclesiast. class. 2. n. 17.*
9 generalius † tamen est donum quam munus, *l. inter donum. 194.*
10 *& l. munus 214. vers. dona autem. ff. de Verb. Signif.* & differunt † inter se ut genus & species, Ægid. Thomat. *de collectis. §. exactio. n. 1. & 2.* Omnis enim liberalitas, omneq; donum vel ob caussam aliquam est, vel planè ob nullam, illud propriè munus, hoc donum dicitur, *d. l. inter donum. 194. d. l. munus. 214. vers. dona autem. ubi* Gœdd. *ff. de V. S.* Neq; diversum ex allegatis Virgilii locis apparet; quin imò non nihil confirmatur mune-
11 ris & doni notatione: Munus siquidem dicitur, † quasi mutuo animo officiiq; caussa datum, autore Varrone, donum verò doni, id est, sponte sua datio, Julianus *in l. donationes 1. ff. de donat.* Gœdd. *in l. munus. 18. n. 3. ff. de V. S.* Calvin. *in Lexico verb. donum. & verb. munus. ubi* ex Hotomanno plenissimè. Deinde
12 significat † munus officium, cum, juxta Festum, dicitur quis munere fungi, idq; publicum, *l. quippe 78. ff. de judic. l. fin. §. judicandi 14. ff. de mun. & honor.* Petr. Barbosa *in l. cum prætor. 12. § fin. n. 5. ff. de judic.* & eo modo, præter alios autores, etiam in extremis constitutus Funccius usus est, eleganti & fatali illo disticho:

13 *Disce meo † exemplo, mandato munere fungi,*
Et fuge, ceu pestem, τὴν πολυπραγμοσύνην.

affinis

affinis noster Andreas Osiander *Histor. Ecclesiast. cent. 16. lib. 3. cap. 62. in fin.* Abraham Bucholcerus *in indice Chronologico, sub anno Christi 1566.* Richter. *axiomat. politic. 14. fol. 39.* Tandem
verò etiam † onus, quod tum rebus, tum personis imponitur, 14
l. munera 1. & l. fin. ff. de mun. & hon. quo respectu, aut ad civilem administrationem, aut sublevationem habito, & onus & officium interdum, quemadmodum & nos passim utimur, simul vel etiam seorsim significat, *l. lex Julia. 1. & l. fin. ff. ad L. Jul. repet. l. munerum 1. l. quod ad 2. l. & qui 3. l. ad rempublicam 8. l. fin. ff. de mun. & honor. l. municipes 1. ff. ad Municipal.* idq; necessariò † omnes mu- 15
nicipes, lege, more, imperiove ejus, qui jubendi potestatem habet, subeunt, *l. municipem. 1. §. & propriè 1 ff. ad Municipal. l. munus 214. ff. de Verb. Signific.* Barbosa *ad l. exigere 65. n. 53. ff. de judic.* Scipio
Gentilis *lib. singul Originum. verb. Municipes.* Munera † autem 16
sunt vel Personalia, vel Patrimonialia, vel Mixta, *l. munerum. 1. §. patrimonii 1. §. personalia 2. l. munerum 18. §. personalia 1 §. patrimoniorum 21. & §. mixta. 26. ff. de mun. & honor.* Guilielm. de Cuneo *de Munerib. n. 4. 23. & 29.* Petr. Antibol. *de Munerib. part. princ. 2. n. 1. 8. & 12. part. princ. 3. §. 1. n. 3. & 18. & §. 2. n. 1. 6. & 20.* Bertachin. *de gabell. prælud. n. 10. & seqq.* Thomat. *de collect. §. exactio. n. 7. & seqq.* Joseph de Sese *decis. 7. n. 1. lib. 1.* Gylman *Tom. 1. Symphorem. part.*
2. tit. 6. vot. 1. n. 5. & illa vicissim † vel Ordinaria, vel Extra ordina- 17
ria, Thomat. *d. loc. §. Nobilitas n. 1.* & utraq; vel honorifica, † ut 18
Consulem, Consiliarium, senatorem, judicem, *l. honor. 14. in princ ff. de mun. & honor. l. si cum te. 1. C. de decur. lib. 10.* Syndicum fieri, *l. munerum. 1. §. personalia. 2. & l. fin. §. defensores. 13. ff. de muner. & honor.* Jason *in l. placet. n. 1. & 2 C. de SS. Eccles.* Antibol. *d. loc. part. pr.*
3. §. 2. n. 3. & 21. Stipem † in æde sacra colligere, Cothman. *respons.* 19
Academ. 22. n. 1. & 18. Vel † sordida, ut excubias agere, custodes 20
ad portas stare, & similia, Antibol. *d. loc. n. 3. & §. 3. n. 2.* muros instruere, *l. maximarum. 12. §. publicis fin. C. de excusat. muner. lib. 10.* Antibol. *d. loc. §. 4. n. 31.* Thomat. *d. loc. §. exactio n. 7. & seq. n. 30. &*
§. exposuimus n. 24. sordida † enim & vilia sunt, quæ vilia & sor- 21
dida reputantur, Remig. de Gonnii *de Chartiat. subsid. quæst. 59.*
n. 22. ut secundum morem † regionis, qui vim legis obtinet, 22
Bart. *de testimon. n. 81.* Nicol. Festas, *de æstimo & collect. part. 1. cap. 1. n. 16.* hæc omni, respectu personarum, hodiè non immeritò

 haben-

23 habentur, Vel nec sordida † nec honorifica, ut tutelam aut curatelam suscipere, Guilielm. de Cun. *de muner. n. 7.* Remig. de Gonnii *d.loc.n.18.& seqq.* Thomat. *d.loc.in princ. n. 9. & seqq. & §. placet.per tot.* Wesembec. *in Parat.n.5.ff.de muner.& honor.& Con-*
24 *sil. 40. n.5. & seqq. volum. 1.* Ista autem patrimonialia scilicet † iterum vel Ordinaria vel Extra ordinaria, quorum illa vel cer-
25 tam † in re & tempore habent præstationem, Antibol. *d. loc. §. 2.n.19.& seqq.* Thomat. *d.loc.§.exactio n 30.* & vocantur, Schat-
26 ung/Beeth/ Gylman. *d loc. vot. 2.n.7.* Vel non certo † tempore, in quocumq; tamen necessitatis casu, lege jubente & injungente, *l. ult.C.de vacat.public.muner.lib.10.l.omnes.5.C. de annon.& tri-*
27 *but.lib.10.* Thom. *d princ.n 9.* indicuntur, ut in reparatione † pontium, viarum publicarum, turrium ædificatione &c. *l.ad instructiones 7.C. de SS.Eccles.l.absit.4.C.de privil.dom.August. lib.11.l. plurimi 1.l.ad portus 7.l.omnes 12.l.turres 18.C.de operib. public.l.cui muneris 12.l.honor.14.§.viarum.2 ff.de muner.& honor.* Antibol. *d.loc.§. 3.n.16.& seqq.* Thomat. *d. §. exactio n.7.30.& 33 & §.Medici n.5.*
28 receptione † hospitis, Thomat. *d.§.exactio.n.10.& 21.§.subiiciunt.*
29 *n.22.& 31.* & hæc iterum sunt vel publica † vel privata, Thomat.
30 *d. §.exactio.n. 11.* Publica, † ut Imperialis, Römerzug/Türckensteẅer/ Circularis, Kraißsteẅer & Provincialis collecta, Landtsteẅer Gylman. *d.loc.vot.1.n.11.* Bocer. noster *de collectis.cap.3.n.1.*
31 Privata, † ut Præfecturalis Amptsteẅer / & Municipalis Stattsteẅer/ Mynsinger. *respons.13.n.10.decad.2.* Bocer. *de Jurisdict. cap.*
32 *8.n.93.& de collect.cap.5.n.1* hæq; omnes † regulariter indicuntur per æs & libram, Nach dem Husen vnd Vermögen/ *l. omnes 12. C. de operib. publ.* Bart. *in l.si se 4.n.2 ff.de re judic.* Bald *in l.etiam. 5.n. 28.C. de execut.rei judic.* Thoma. *d.§.exactio.n 12.* Mynsing. *respons. 1.n. 82. decad.15.* Cothman. *Cons. 11.n. 1. & 119.volum.1.* Cum illæ
33 publicæ, † pro necessitatis ratione, etiam per fumantes, Nach den Feẅerstädten/ Antibol. *part.princ. 3. § 2.n.45.& seqq.* aut Ca-
34 pitationem † etiam, Nach den Häuptern/ indicantur, *l. munerum ult.§.sive autem. pen.ff. de mun. & honor. l. Sacrosancta, 1. C.de SS. Eccles. Rubric. & l.un.C.de capitat. civ.l.ne quis 1 C. ne rustic. ad*
35 *ult.obsequ.* Thomat. *d.§ exactio n. 11.* incomparabilis † & quo sol in Gallia eruditionem non illuxit, alterum nec forsan etiam

videbit,

videbit, ut scribit Johannes Kirchmannus *lib. 1. de funerib. Romanor. cap. 3.* Casaubon. *Exercit. in Baronium 16. diatrib. 6 in fin.* de quibus singulis sua in sede prolixius agemus.

Hæc verò, † extraordinaria nimirum, quæ nulla lege aut senatusconsulto, vel constitutione principum, Antibol. *d. part. princ. 3 §. 3. n. 20.* Bertachin. *de gabellis prælud. n. 14* adeóq; extra prænarratam solennitatem & institutum legis ordinem, simpliciter, ex improviso, per magistratus, injunguntur, *l. in honoribus 8. §. qui muneris 3 ff. de vacat. publ. mun. arg. §. fin. Inst. de Interdict.* Thomat. *d. princ. n. 10. & §. exactio. n. 23* sunt itidem vel † sordida, vel honesta. Sordida † sunt angariæ & parangariæ, *l. maximarum 12. C. de excusat. mun. lib. 10. l. hac nostra 2. C. de præpos. sacri cubicul. lib. 12* & Regner. Sixtin. *lib. 2. de Regalib. cap. 13. n. 40.* & alia, quæ refert Antibolus *d. §. 3. n. 2. & seqq.* Cun. *de Munerib. n. 30.* Honesta, † quæ enarrat Antibolus *d. loc. n. 20. & seq.* & Bertachin. *de gabellis. prælud. n. 14.* Besold. *de ærario. cap. 4 § 1. n. 2* Mixta † tandem, quæ in labore personæ consistunt, & propter rem & personam imponuntur, & quia personæ imponuntur, Wesenbec. *in Paratit. ff. de Muner. & honor. n. 5. & Consil. 40. n. 4. & seq volum. 1.* naturam merè personalium sapiunt, Antibol *d. loc. §. 1. n. 18.* sunt † iterum duplicis generis: Unius, partim Capitationis simpliciter, partim patrimoniorum, respectu personarum. Capitationis † simpliciter, quando indifferenter omnibus, pauperibus & divitibus, sine discrimine sexus & conditionis collecta injungitur, Alberic. de Rosate *de muner. & honor. n. 17.* R. Absch. zu Wormbs Anno 1495. tit. Von den gemeinen Pfennig Cöln Anno 1512. §. vnd damit der arm Augspurg anno 1518. §. Vnd nemlich dieser Meynung. Patrimonii, † quando ejus respectu personis imponitur, *l. munerum 18. in princ. §. mixta. 16. & § hæc omnia 28. ff. de mun. & honor.* quo modo quidem impositio directò rem ipsam concernit, obligatio verò & solvendi vinculum personam, Bald. *in Auth. defuncto. vers. modo quæro. C. ad SC. Tertul.* licet enim causa finalis † sit res ipsa, obligatio tamen in personam dirigitur, Bald. *in l. un. n. 31 C. de sentent. quæ pro eo quod interest.* sic, ut collectæ tales † materialiter sint onera rerum, formaliter subjectarum personarum, Bald *in l. propter. 5 in fin. C. qui bon. ced. poss.* Caballin. *in Ægidianam lib 2, cap 37, n. 1.* Simon. Pistor. *Cons. 2. n. 16.* post

36
37
38
39
40
41
42
43
44
45

16.postModestin.*volum.2*.Knichen.*de Saxon. non provoc.jur.verb. Ducum Saxoniæ.cap.5.n.319*.Parif.*Conf.25.n.4.vol.1*.Gylman. *Symphor.tom.1.part.2.tit.6.vot.3.n.3*.Cothman. *Conf.3.n.269.& seq volum.4*.
45 & cum materia & forma † unum totum constituant, non ineptè Mixta dicuntur, Natta *Conf.105.n.7.& Conf.149 n.4*. Cacheran.*decis.95.n.46*. Alexand.*Conf.68.n.3.vol.5*. Parif. *d. loc.n.6.& 14*.Nicol. Festaf. *de collectis part.1.n 34 part.2. n.9*. Mynsing. *Cent.5.Obs.22.n.2.& seqq*.Gail.*lib.2.Obs.51.n.13* Guido Papæ *decis*.
47 *396*.Rosenthal.*de Feud.cap.5.conclus.80.n 3.lit.B.* Alterius † partim sunt Manualia, Handfrohnen/ Johann.Ferrar Mantan *lib.6.*
48 *de Feud cap.3. vers.ordinaria* partim † Ruricalia, Wagendienst/ &
49 utraq; vel † determinata, gemessene Dienst/ *l. quoties 24 ff.de operis*
50 *libert*. Gail.*lib. 2.Obs.62.n.12*. vel † indeterminata, ungemessene Frohnen/ Gail.*d.loc.n.11.& de arrest.cap.2.n.2*. Regner. Sixtin.*lib.2.de Regal.cap.13.n 49.& seqq* Knichen *de Vestitur.paction.part.2.ca.3 n.50.& seqq*.Ritter. *de homag.cap.7.n.150.& seq*. Matth. Stephani *lib. 2.de Jurisdict. part.1.cap.7. memb.2.n.195*.Wehner. *in practic. Observat.verb*.Dingnotul Dienst Besold.*in thesauro practic. verb.* Frohn/Frohndienst/ de quibus omnibus convenienter suo loco.

CAPUT I.

De Muneribus Personalibus Ordinariis & Extraordinariis, dignitatem habentibus, dignitatem non habentibus seu mediis, & sordidis.

Summaria.

1 *ANugationis semper cavendum.*
2 *Turpe est difficiles habere nugas.*
3 *Personalia munera sunt, quæ animi Provisione & laboris intentione fiunt.*
4 *Et in iis principale, non minus, considerandum.*
5 *Prætor non curat minima.*
6 *Impossibile est appellativa rerum nomina mutare.*
7 *Personalia munera sunt vel Ordinaria vel extraordinaria,*
8 *Ordinaria quæ.*
9 *Extraordinaria quæ.*
10 *Utraq; iterum vel honesta, & hæc quæ? n.15.16.17.*

11 Quod

11 *Quod in plures dividitur, facilius ſuſtinetur.*
12 *Et quod à pluribus ſolvitur, facilius ſolvitur. n. 269.*
13 *Æqualitas inter cives, pro ratione bonorum, in contributione, habenda.*
14 *Nec unus, præ alio, gravandus n. 133.*
18 *Vox* Onus *generalem quandoq; ſignificationem habet.*
19 *Non tamen honeſtis, quæ diximus,*
20 *Ad quæ infamibus non patet aditus, attribuitur.*
21 *Quæſtorum officia munera quidē ſunt, ſed inter honores non habentur.*
22 *Sed urbanorum, non provincialium.*
23 *Quæſtura eſt tantum ingreſſus honorũ.*
24 *Creſcit, ut quæſtores inter candidatos principum referantur.*
25 *Et hodie quandoq; Conſiliis adhibeantur.*
26 *Kalendarii curatores qui.*
27 *Conſuetudines ubiq; multum valent.*
28 *Non nobis, ſed Reip. nati ſumus.*
29 *Munera honeſta quivis invitus ſubire cogitur. n. 32.*
30 *Magiſtratus defendat bonos, puniat malos.*
31 *Magiſtratus officium nemo libenter ſuſcipit.*
33 *Utilitas publica præferenda omnibus commodis privatis. n. 38. 265.*
34 *Magiſtratus officium in oppidis eſt ordinarium.*
35 *A muneribus ordinariis realibus & mixtis nemo excuſatur. n. 187.*
36 *Et proinde nec à perſonalibus ordinariis.*
37 *Paribus cauſis cur diverſa erunt judicia n. 270.*
39 *Munera publica honeſtioribus indicenda n. 42.*
40 *Reip. intereſt per digniores & ditiores regi.*
41 *Non pauperes & abjectos.*
43 *Digniores ſemper ad ſe trahunt minus digniores n. 141.*
44 *Commoda qui percipiunt, onera quoq; ferre debent. n. 59. 152. 266. 288.*
45 *Munera imponuntur tam originis quã incolatus ratione.*
46 *Civitas & incola reciprocè obligantur, & quomodo.*
47 *Cives & incolæ unam conſtituunt univerſitatem.*
48 *Una eademq; res diverſo jure cenſeri nequit.*
49 *Incola quis ſit & unde dicatur.*
50 *Vacatio & immunitas non excuſat ab honoribus.*
51 *Nec in remiſſione muneris, magiſtratus munus remiſſum intelligitur.*
52 *Ætas non excuſat ab honoribus, aut decurionatu.*
53 *Conſules hodierni loco decurionum ſunt.*
54 *Decuriones & curiales idem ſunt.*
55 *Et utriq; à Curia dicuntur.*
56 *Senes præferendi juvenibus, in iis enim ſenſus eſt maturitas.*
57 *Conſilium ſenum melius quam juvenũ*
58 *Prudentiores præſumuntur juvenibus.*
59 *Nobiles nobiliter vivere debent, & negotiationibus abſtinere.*
60 *Doctores & Advocati Reip. militantes privilegiis gaudent n. 109.*
61 *Non pedanei, qui otio ſtertunt.*
62 Und deß Macherlohns nicht werth ſeyn.
63 *Mos vetuſtatis in muneribus retinendus.*
64 *Et tantum poteſt, quantum princeps.*
65 *Et firmatus omninò ſervandus.*
66 *In caſu inopiæ etiam privilegiati ad munera vocantur.*
67 *Maximè ſi idonei & locupletes ſint.*
68 *Neceſſitas omnibus legibus derogat, & Nobiles & Clericos obligat.*
69 *Omnes literati, licet ſeculares ſint, ſunt Clerici n. 203.*
70 *Princeps omnia ex juſta cauſa facere præſumitur.*
71 *Nec ei reſiſtendum.*

72 *Munera imponere potest.*
73 *In suo Imperatorem repræsentat. n.103. & 104.*
74 *Ejusq; potestas hereditaria est.*
75 *Ab injunctis & confirmatis muneribus appellari non potest.*
76 *A muneribus personalibus Nobiles & Doctores sunt immunes. n.281.291.*
77 *Indistinctè & generaliter loquens nihil excludit n.88. & 102.*
78 *Doctores Jurium comparantur Medicis.*
79 *Immunitatem habent.*
80 *Præferuntur Medicis.*
81 *Nec contrarium Iudicium Orbis audit.*
82 *Quod & histriones refutant.*
83 *Medici immunes sunt, ergò & ICti.*
84 *Negotiatores sordidam professionem habent.*
85 *Et à muneribus & honoribus immunes sunt.*
86 *Doctores & generaliter, & specialiter, & nominatim immunitate gaudent. n.135.147.*
87 *Tam legentes, quam omnes alii.*
89 *Favores extendendi. n 113.*
90 *Immunitatum causa sunt merita in Rempublicam.*
91 *Advocati sæpe plus prosunt, quam legentes.*
92 *Explicatur l. medicos 6. C. de Profess. & medic.*
93 *Similium idem est judicium. n. 105.*
94 *Duumviri ex corpore decurionum creandi n.134.141.*
95 *Nec consuetudine contrarium introduci potest.*
96 *Maximè si idonei sint.*
97 *Favore suo renuncians amplius non est audiendus.*
98 *Majoribus honoribus functos ad minores devocari non oportet. n.114.115.121.130.*
99 *Ascendendo, non descendendo conferri debent honores*
100 *Nec in iudem retrò incedendum.*
105 *Ex aulis discedentes ab oneribus & muneribus immunes sunt.*
106 *Si præsertim benè meriti, & gratiosè dimissi.*
107 *Et Comitum dignitatem impetrant.*
108 *Beneficia principum latissimè interpretenda.*
109 *Et ad Doctores-Advocatos quoq; extendenda.*
110 *Militant ICti in foro, ut milites in castris.*
111 *Eadem privilegia habent.*
112 *Quia non loci aut personæ intuitu, sed meritorum respectu data.*
113 *Neq; hic differentia munerum & honorum attenditur.*
116 *Gratiosè dimissi honorandi, non gravandi n.119.*
117 *Sic Annas finita dignitate summus Pontifex remansit.*
118 *Semel legatus semper ut legatus honorandus.*
120 *Nemo ultra modum gravandus n. 128.*
122 *Corpore uno comprehensus ad aliud non est eligendus.*
123 *Ne duo diversa sustineat munera.*
124 *Pluribus officiis nemo par esse potest.*
125 *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.*
126 *Afflictus non est affligendus.*
127 *Favore alicujus introductum, in ejus odium non est detorquendum. n.150.*
131 *Necessitas multa permittit.*
132 *Ex lapidum collisione ignis, ex disceptatione veritas elicitur.*
133 *Nemo pro altero gravandus n.136.146. 277.311. & seq.*
137 *Diversorum diversa est ratio, nec ab illis ad hoc bonum argumentum ducitur. n.320.*
138 *A Personalibus Doctores immunes sunt non patrimonialibus oneribus n.281.*
139 *Patrimonialia quivis, nemine excepto, præstare tenetur. num. 235. 247.*

272 *Instar Iuris armorum ad regalia spectat.*
273 *Et vigore* der Erbhuldigung *domino territorii competit. n.* 316.
274 *Privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio.*
275 *Si pra primis alter de obligatione, alter de liberatione certet.*
276 *Resp. utitur Iure minoris.*
278 *Munus armorum est corporale.*
279 *Et corporali ministerio geritur.*
280 *Et corporalis laboris intentione, sine patrimonii impendio praestatur.*
282 *Literati ab onere armorum semper fuerunt immunes.*
283 *Tempus immemoriale vim constituti habet.*
284 *Privilegium à lege datum observandū.*
285 *Privilegia & munera privatis affectibus obnoxia esse non debent.*
286 *Insolentiam & Invidiam habens omnē malitiam habet.*
287 *Differunt vilia opificia mechanicorum & officia honesta.*
289 *Gravatus in uno in alio sublevandus nec quis duplici onere afficiendus.*
290 *Emolumentum ex re calamitosa non est capiendum.*
292 *Commodis qui destituitur, nec oneribus gravari debet.*
293 *Philosophi contemnunt pecuniam.*
294 *Nobiles & Doctores civilibus commodis inhiantes, onera quoq; ferant necesse est*
295 *Invidiosum, quam miserabilem esse, satius est.*
296 *Musa hodie sunt mula, fama fames.*
297 *Ars non habet osorem, nisi ignorantem.*
298 *Inter arma leges insurgere debent.*
299 *Metu panarum mali coercendi.*
300 *Non usus non statim abolet leges.*
301 *Literati consiliis Reip. magis serviunt, quam armis milites.*
302 *Milites arma magis quam leges sciunt.*
304 *Barbaries omnibus modis profliganda.*
305 *Quod mihi non nocet, & alteri prodest, conceditur.*
306 *Invidi Lycia rusticis similes.*
307 *Sacra gratis accepta, gratis danda.*
309 *Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.*
310 *Profani à sacris arcendi.*
313 *Munus in exercitum mittendi patrimoniale est, nec sine pecunia expediri potest.*
314 *Nemo suis sumptibus militare cogitur.*
315 *Personalia non sunt obliquè mutanda in patrimonialia.*
317 *Subditi per homagium principi, ipseq; vicissim subditis ad conservandam eorum libertatem obligatur.*
318 *Quod etiam, quamvis non promittat, facere tenetur.*
319 Respubl. *& cives disparata sunt, nec quod hi debent,* Respubl. *debet.*
320 *A separatis male infertur.*
321 *Diversa ratio diversum Ius progignit.*
322 *Non-entis nulla sunt qualitates.*
323 *Iure suo utens nemini est injurius.*
324 *Licet tertio damnum inde accresceret.*

At † nugatione summopere semperq; cavendum, *l. ampliorem. ult. §. in refutatoriis 2. C. de appellat. l. ult. C. de prec. Imp. offerend.* Antibol. *de Munerib. part. princ. 3. §. 3. n. 1.* 1

Turpe (enim) *est* † *difficiles habere nugas,* 2
Et stultus labor est ineptiarum.

Martial. *lib. 2. Epigramm. 86.* Insuper habitis igitur amphibologicis & battologicis, quibus se partim Doctores involvunt, nuga-

3 mentis, ad rem propius accedamus. Sunt autē personalia † munera, quæ animi provisione, & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento, perpetrantur, *l. mun. 1. § illud tenendum 3. l. munerum 18. §. personalia 1. & §. seq. l. ult. §. personalia ac §. sed et 6. §. hi quoq; 10. & §. defensores 13. ff. de muner. & honor.* Alberic. de Rosate *de Muner. & hon. n. 14. & seq.* Thomat. *de collect. §. exactio n. 7.* Antibol. *de Muner. part. 3. §. 2. n. 1* Barnab. Brisson. *lib. 11. de Verb. Signif. verb. munus §. munerum autem publicorum.* Natta *Cons. 157. n 2. vol. 1. & Cons. 447. n. 1. & 2. vol. 2.* Eneckel. *de privil. veteranor. lib. 1. privil. n. 6* Sixtin. *lib. 2. de Regalib. cap. 13. n. 21.* Bocer. noster *de Regalib. cap. 3. n. 223.* et in iis principaliter
4 cipaliter † intueri & considerare nos oportet id, quod principale & præcipuum est, & prævalet, non verò si qui sumtus leviores minus principaliter & ex accidenti sunt faciendi, *l. quæritur 10 ff de statu hom. l. cum aurum 19 §. perveniamus 13. & § fin. ff. de aur. & arg. leg. gloss. in l. non verò 42. ff. ex quib. caus. major.* Cothman. *Cons. Academ 21. n. 6. & 20. & seqq.* quos nec
5 † prætor, nec cordatior aliquis tantopere curat, *l. scio illud 4. ff. de in integr. restit. l. omninò 22. ff. de impens. in res dot. fact. l. temporibus 1. §. fin. ff. de ventre inspic. & custod. part.* Zas. *in l si convenerit. n. 17. ff. de jurisd.* Gail. *lib. 1. Obs. 151. n. 13. lib. 2. Obs. 29. n. 8 Obs. 88 n. 10. & Obs. 102. n. 2.* Cothman *Cons. 42. n 47. vol. 2.* Pruckman. *§. soluta potestas cap. 4. effect. 1. n. 16.* ut ob eosdem primævam impositionis causam immutet, aut personale munus, (quod elati, indocti tamen, quidam legulei faciunt) mixtum dicat, cum impossi-
6 bile † sit appellativa rerum nomina mutare, *l. sed de pecunia 2. §. quo senatusconsulto 1. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum. l. si quis in fundi 4. in fin. princ. ff. de leg 1.* Bald. *in l. fin. C. sine censu vel reliq.* Natta *d. loc. & Cons. 158. n. 9. & 10.* Mandell. Alba *Cons 8 n 4.* Gail. *lib. 2. Obs. 52. n. 16.* Petr. Heig *part. 1 quæst. 17. n. 25 & seqq.* Et sunt,
7 ut diximus, † duplicia, vel Ordinaria vel Extraordinaria, *l. in honoribus 8. §. qui muneris 3. ff. de vacat. & excus. mun.* Ordinaria,
8 † quæ è lege fiunt, & per eandem imponuntur. Extraordina-
9 ria, † quæ per magistratus ex improviso indicuntur, & ab illis regulariter nulla est immunitas, ab his verò privilegiati eximuntur, *l. hi qui 6. & d. l. in honoribus 8. §. qui muneris 3 ff. eod.* Alber. de Rosat. *de mun. & honor. n. 14.* Antibol. *d. loc. §. 3. n. 9. & seqq.*
Ægid.

Ægid. Thomat *de collect. §. nobilitas per inveſtituram n.1.* Bocer.
de collect. cap 6. Utraq; verò † iterum vel honeſta, hoc eſt, 10
honorem annexum habentia, ut ſi quis legatus, conſul, ſenator,
judex, Syndicus, quæſtor, ordinetur, *l. in jus 2. ff. de in jus voc.*
l. munerum 1. § personalia 2. l. munerum 18 §. Kalendarii 2. §. legati 12.
§. defenſores 13. § judicandi 14. ff. de mun. & hon. Caſpar. Caldenn.
Conſ. 448. alias de cenſib 6. ſi ſollicitudo, inſpectio, peræquatio,
operis inſtructio, diſcuſſio & ratiociniorum adminiſtratio
alicui injungatur, *l. ſancimus 6. C. de advoc. diverſ. judic.* ut ſcilicet,
cum quod in plures † dividitur, facilius ſuſtineatur. *c. fin.* 11
de conceſ præbend. Anchoran, *Conſ. 260.* Feſtas. *de æſtimo & collect.*
part 4. cap. 4. n. 47. & quod † æqualiter, & à pluribus ſolvitur, 12
facilius ſolvatur, & contra, *l 1. & l fin. ibiq.* gloſs. ult. *C de mun.*
*patrimon. l. actores C. de exactor. tribut. lib. 10. l. 2. C. de privil. dom. Auguſt.
lib. 11. l. ita vulneratus ff. ad L. Aquil l. 3. §. antepen. ff. de mun. & honor.*
Antibol. *d. loc. §. 4. n. 14.* Marpurgenſ. apud Rövenſtrunck.
n. 325. proportionalis † æqualitas inter cives in collectione 13
contributionum, & diſpartitione onerum ſervetur, nec unus
præ alio † gravetur, aut uni plus, alteri minus imponatur, *l. quo-* 14
niam 1. & 1. s. C. de cenſib. lib. 11. l. fundos. 10. C. de fund. patrimonialib. lib.
12 aut etiam ædificiorum † publicorum & neceſſariorum cura, 15
vel & diſceptatio † & recognitio rerum fiſcalium & publica- 16
rum ab aliis tractatarum alicui demandetur & concredatur,
l. cum poſt. 26. C. de appellat. l. pen. C. quorum appellat. non recip. Cothman,
reſponſ. Acad. 21. n. 23. & ſeqq. aut † ſi alicui, quod paucis 17
etiam attigimus, ut diebus Dominicis, in æde ſacra, ſtipem
à populo colligat, imponatur, Cothman. *d. loc. n 1. & per totum.*

Et quod hæc & alia ſimilia munera, juxta hodiernum Imperii
Horizontem, honeſta ſint & reputentur, adparet vel ex eo,
quod licet odioſa Vox † ONERUM generalem quandoq; ſignifi- 18
cationem habeat, ſic, ut & patrimonialia & perſonalia munera
complectatur, *l. munus :ribus 18. ff. de Verb. Signif.* Nullibi tamen
† à Iuris auctoribus, ubi perſonalia ejuſmodi recenſentur, ea- 19
dem voce perſonalia munera deſcribantur, *l. 1. l. fin. ff. de mun. &*
honor. Cothman. *reſponſ. Acad. 20. n. 3. & ſeqq.* & quod † infami- 20
bus atq; diffamatis ad ea non pateat aditus, *l. un. C. de infamib.*
lib.

lib. 10. l. milites 3. C. de re milit. libr. 12 l. neq; fas 2. C. de dignit. lib. 12 & in famibus 87. de R. Jur. in 6. Dn. socer Harppre[illegible] *§. injuria n. 227. Inst. de injur.* Neq; verò exinde etiam quæstoribus † & Ka-
21 lendarii confectoribus suus derogatur honos, dum *in d. l. munerum 18. § Kalendarii 2. ff. d. tit.* talia munera personalia quidem dicuntur, sed inter honores non habentur: Quia illud vel de
22 prætoribus † urbanis, quibus neq; lictores, neq; oratores, ut verba legis sonant, non de provincialibus, quibus jus dicendi potestas, exaudiendum, A. Gellius *lib. 13 Noct. Atticar. cap. 12.* vel
23 ideò fit, quod quæstura † per se non sit honor, sed tantum ingressus & quasi primordium gerendorum honorum, sententiæq; in senatu dicendæ, *l. un § hodieq. 3. ff. de offic. quæstor. l. necessarium 2. §. deinde 22. ff. de Orig. Jur.* Cicer. de divinat. ibiq;
24 Ascon. Bocer. *de Jurisdict. cap. 8. n. 60. in fin* qui postmodum † excrescit in illustrem dignitatem, sic ut quæstores candidati principis appellentur, Brisson *lib. 1. select. antiquit. cap 17 & lib. 15. de Verb. Signif. verb. nam & Romæ quæstores* Calvin. *in lexic. verb quæ-*
25 *stores. & aliquot seqq.* quemadmodum & hodie istiusmodi † conquisitores pecuniæ publicæ, quos Varro vocat, malo quidem more, ad summas dignitates ascendere videmus, sic, ut, quod fieri non deberet, non modò consiliis adsint, & ferè præsint, sed & simul, non tam suo, quam conniventium Consiliariorum vitio, onerum imponendorum modos principibus præscribant, iisq; miseros subditos miserè exsugant, & per se satis gravatas provincias, experientia teste, penitus opprimant,
26 Calvin. *d. loc.* Besold. *de Ærar. cap. 7.* Kalendarii † verò curatoribus, hoc est, fœnerandis exigendisq; pecuniis præpositis servis, *l pen. ff. de reb. credit. l. si alienus 62. ff. de leg 2.* Brisson. *lib. 3. de Verb. Signif. verb. Kalendarii curatio.* Calvin. *d. loc.* suam relinquimus, quam leges & consuetudines locorum ipsis tribuunt dignita-
27 tem, Thomat. *de collect §. exactio n. 7.* Consuetudines † enim & hic, ut in aliis, suam retinent naturam, *l. actor. 23 C. de probat.* gloss. & Dd. *in l. consuetudinis 2. & in l. leges 3. & tot. tit. C. quæ sit long. consuet.* Petrus de Ubaldis *de duob. fratrib. part. princ. 5. n. 12.* Cothman. *Consil. n. 764. vol. 1.* Winther. *lib. 1. Parthen. litig. cap. 11. n. 10.* Lansius noster *de Academ. lit. M post. princ.* Hæc autem & similia dignitatem annexam habentia personalia munera, &

laborio-

laboriosa simul & frugifera, & ita comparata sunt, ut in iis
eorumq; fideli administratione, maximam partem Reipubli-
cæ incrementum & salus consistat, quibus proinde, cum o-
mnes † non sibi solis, sed & Reipublicæ nati sint, *l. sicuti 1. §. & generaliter 15. in fin. ff. de ventr. in possess. mittend. l. honor. 14. §. plebeis 4. ff. de mun. & honor.* nemo se rectè subducit, sed ea † vel invitus 28 29
subire cogitur. *l. fin. §. judicandi 14 ff. eod. l. inter donum 194 & l. munus 214. ff. de Verbor. Signific.* Cum verò Nobiles, Doctores, &
aliæ in dignitate constitutæ personæ ea summoperè declinent,
& infra dignitatem suam clamitent, non incommodè hic quæ-
ritur, Utrum Nobilis, Doctor &c. ab officio gratiosè dimis-
sus, vel qui emeritus dimissionem impetravit, in oppido, in
quo commoratur, & domicilium fovet, ad duumviratus, sive
burgimagistratus &c, officium administrandum cogi possit?

Affirmantes se in Utilitate & Necessitate, duabus robu-
stissimis columnis, & aliis rationibus fundant: Necessitate
quidem, quia maxime necessarium est, homines esse, qui Rem-
publicam † administrent, Jus dicant, pios defendant, & ma- 30
los puniant, bonos præmiis ad virtutem invitent, & malos
pænis à vitiis deterreant, Deuteron. *28. vers. 8. & seqq* Judic. *11. vers. 12. 1* Reg. *5. vers. 8. 2.* Paralipom. *11. vers. 5. & seqq.* Azorius
tom 1. Instit. Moral. lib. 5 cap. 5. vers. quartò quæritur. Enenckel *lib. 1 de de privileg Jur. Civil. cap. 10. n. 29.* Althusius *de pœnis cap. 2. n 14.* Quæ
munera cum sint persnoalia, & autoritate & utilitate publica,
† nec facilè ab ullo suscipiantur, *l. fin. in princ. ff. de mun. & hon.* co- 31
gendi utiq; sine respectu, sunt homines jure, *l. si quis magistratus 9. l. fin. § judicandi 14 ff. eod.* Antibol. *de munerib. part. princ. 2. in princ. n. 2. & part. 3. § 4. n. 81.* Guilielm de Cun. *de Munerib. n. 4.* ut
ea etiam inviti † suscipiant & reluctantes, *c. sciscitatus de rescript.* 32
c. pastoralis in princ. c. prudentiam §. adjicimus. de offic. deleg. c. pastoralis princ. de offic. ordin. l. sancimus. ibiq; gloss. *verb. arbitrium C. de advoc. divers. judic.* Covaruv *in c Johannes n 3 de testam.* gloss. *in l. Pomponius 36. verb. præsente ff. de re judic.* gloss. *in l 3. §. tametsi. verb. jurisdictionis. ibiq;* Alberic. de Rosate *n. 4. ff de arbitr. Mantua in c quoniam n. 19. de probat.* Alciat. *respons. 305. in princ.* Schrader. *de feud. part. 10 sect. 10. n 34.* Martin. Mager. *de Advoc. Armat. cap. 9. n. 756.*
Utilitas † enim Reipublicæ juvanda est, imò & præferenda pri- 33

vatæ, *l.51.in fin.ff.ad L. Aquil.l.43 ff.de relig.& sumt.fun.Auth.res qua C.comm de legat.l.utilitas 3.C.de primipil.lib.12.Nov.39.c.1.c.3.de postulat.prælat.c.licet.de regularib.* Martin.ab Azpilcveta Doctor Navarrus *lib.1.tit.de constitutionib.Consf.6.n.1.tom.1.* Deinde quia in
34 † civitatibus & oppidis istjusmodi honores & officia munera sunt ordinaria, Wesenbec. *Consf.40.n.11.volum.1.* à muneribus
35 † autem ordinariis realibus & mixtis nulla ætas, nulla professio, quamvis maximè privilegiata, excusat, *l. sextumdecimum 2. §.numerus 1.l.in honoribus 8.princ.& §.qui muneris 3.& l.ab his oneribus 10.ff.de vacat.& excusf.muner.l.munerum 1.§.patrimonii 1.ff.de mun.& honor.l.honestè 2.§.vectigalia.1.& l.pen.ff.de veteran.l.qui immunitatem 3.& l.professio 6.C.de mun.patrim lib.10.* Thomat. *de col-*
36 *lect.§.medici.n.1.& multis seqq.* idem ergò dicendum † erit in personalibus ordinariis, ut scilicet nec ab his privilegiatæ excusen-
37 tur personæ: In paribus † enim causis cur diversa erunt judicia? *l.fin.ff.mandat.c.licet ex quadam.de testib.cum simil.* Azpilcueta *lib.3.tit.de Regularib.Consf.62.n.5.tom.2.* Casaubon. *Exercit.in Baron.*
38 *13.diatrib.95.circa finem*, maximè si utrobiq; eadem † utilitatis scilicet publicæ, ut hic, subsit ratio, *d. l. utilitas 3. C. de primipil. lib.12.cum simil.* Wesenbec. *Consf.40.n.9.& 10.volum.1.* Utilitate
39 verò, tum quia munera publica † potioribus & honestioribus sunt indicenda *l.honores 7.ubi* Alberic. *in princ.ff.de decurion.l.unic. ubi* Lucas de Penna *per tot.C.de potior.ad mun.nomin.lib.10.* interest
40 enim † Reipublicæ eam per digniores, ditiores & honestiores
41 regi, Luc. de Penna *d.loc.* non † per pauperes & abjectos, *d. l. honores 7.ff.de decurion Novell.de defensf.civit.25.cap.1.à princ.* Chassson *in Consuetudin. Burgund.Rubr.7.de successf.§.12.in princ. n.14.&*
42 *15.* prænominatæ verò personæ, † multis respectibus, sunt digniores & aptiores, & proinde omnibus aliis præferendæ, *l. major.8.ff.de pact.l.12.§.ult.ff.de usu & habitat.l.14.§.5.ff. de relig. & sumt.fun.l.fin.ff.de fide instrument.c.metropolitano 19.dist.63.c.statuimus.de major.& obedient.* Alber.de Rosate *in Rubric.n.1.ff.de albo scribend.& l.nemo n.2.C.de offic.magistr.offic.* Enenckel. *lib.2.de priv.Jur. Civil.c.5.n.96.* majores quippe & meliores semper faciunt cessare
43 minores: & digniores † ad se trahunt minus digniores, majusq; lumen semper obfuscat lucem minorem, *c.soluta.de major.& obedient.* sed non contra, Alexand. *Consf.82.in fin.lib.2.* Tusch⁹ *pract. conclusf.*

conclus. part. 2. conclus. 435. n. 1. & seqq. lit. D. & part. 5. conclus. 16. per tot. lit. M. tum quia etiamsi non essent cives sed tantum incolæ, domicilium tamen ibi foverent, & familiam alerent, & privilegiorum & † commodorum civitatis essent capaces, Bartol. 44
de repressal. quæst. 5. n. 1. Castrens. *in l. omnes populi n. 10. ff. de Just. & Jur.* Jacobin. de S. Georg. *de Investitura. verb. duo § item quæro. n. 1. & 2.* Chassan. *d. loc. Rubr. 3. de feudis §. 7. in fin. n. 7.* et proinde è contrario munera simul participare tenentur, *§. ult. Inst. de legit. patron. tut. l. un. §. 4. C. de caduc. tollend. l. placet 5. l. ad instructionem 7. C. de SS. Eccles. l. omnibus 3. in fin. C. de vectigal.* gloss. & Dd. *in l. un. C. de vacat. mun. lib. 10* Thomat. *de collectis § exactio tributorum. n. 10.* Roland. à Valle *Cons. 68. n. 11. volum. 1.* Wesenbec. *Cons. 103. n. 36. & seq. volum. 3.* Joseph. de Rusticis *ad l. cum avus. lib. 5. cap. 1. n. 18. ff. de condit. & demonstrat.* quemadmodum enim quis vocatur ad munera † ratione originis, ita etiam ratione incolatus, *l. fin.* 45
patria 5. l. privilegiorum 6. l. cives 8. ibiq. Dd. & Johann. de Platea *C. de incol. lib. 10.* Bald. *in l. cives 11. n. 4. C. de appellat.* Scipio Gentilis *lib. 1. de Jurisdict. cap. 3.* & inter † civitatem & incolam tacitè 46
† intelligitur contractus celebratus ultrò citroq; obligatorius, 47
quo incola obligatur ad munera, civitas verò ad ejus defensionem & protectionem, *l. municipem 1. l. incola 29. ff. ad Municipal.* civesq; & incolæ unam constituunt universitatem *l. mortuo 22 ff. de fidejussor.* & proinde, cum in utrisq; idem sit Juris, diverso jure censendi non sunt, cum una eademq; res † diverso jure censeri 48
non debeat, *l. eum qui ædes 23 ff. de usurpat. & usucap.* Dd. *in d. l. cives 8. C. de incol. lib. 10.* gloss. *in c. statutum §. cum vero. de rescript. in 6.* Alexand. *Cons. 142. volum. 2.* Chassan. *d. loc. de feudis §. 7. in fin. n. 11.* Quod autem dictæ personæ partim cives partim incolæ sint ejus civitatis, in qua habitant, nullum est dubium, cùm, animo ibi cum uxore & liberis commorandi, ibi domicilium foveant, & familiam alant: & incola † dicatur, qui civitatem 49
aliquam, domicilii ibi contrahendi animo & gratia, inhabitat, sic dictus, ut nostri volunt, quasi valdè colens & honorans civitatem, in quam se transtulit, *l. pupillus 239. §. incola 2. ff. de Verb. Signif. l. cives 8. ubi Dd. C. de incol. lib. 10.* Alberic. *in repet. Rubric. n. 6. ff. de mun. & honor.* Antibol. *de munerib. part 3. §. 2. n. 35.* tum quia † 50
vacatio & immunitas non excusat ab honoribus, aut his cohæren-

hærentibus muneribus, *l. sextumdecimum 2. §. numerus 1. l. in hono-*
51 *ribus 8. in princ. ff. de vacat. & excus. mun.* nec, in remissione † muneris publici, munus subeundi magistratum remissum intelligitur, gloss. *in l. vacuatis 19. C. de decur. lib. 10.* gloss. *in l. manifesti, 3. C. qui ætate vel profess. lib. 10.* Alber. de Rosate *in d. l. sextumdecimum 2. n. 3. ff. de vacat. & excus. mun.* facit optimus textus *l. cui muneris*
52 *12. ff. de mun. & honor.* ubi dicitur: cui muneris † vacatio datur, non remittitur ei, ne magistratus fiat, quia id ad honorem magis, quam ad munera pertinet, Wesenbec. *Cons. 40. n. 9. & 10. vo-*
53 *lum. 1.* tum quia tales personæ † nec ætate, nec dignitate se excusare possunt. Non ætate: cum nec septuaginta annorum ætas à decurionatu & honoribus excuset, *l. sextumdecimum 2. §. numerus 1. l. in honoribus 8. in princ. ff. de vacat. & excus. munerum.*

——— omnes quoscunq; nec ætas
Pupillaris habet, nec septuagesimus annus
Contigit. ——————————

54 Gunther. *lib. 8. Ligur. vers. 184. & seqq.* & loco decurionum † hodie Consiliarii & Consules civitatum, sive burgimagistri, habeantur, ut notat gloss. *in l. sed & ex dolo 15. § sed an. 1. vers. de dolo ff. de dol. mal.* & decuriones & curiales idem sint, gloss. *in l. si quis curialis 12. C. de Episcop. & cleric. l. cum ancillis 3. C. de incest. & inutil. nupt. l. si ille 62. C. de decurion. lib. 10.* Alberic. de Rosate *in Rubric.*
55 *n. 1. & 2. C. eod.* & utriq; † a curia dicantur, Scipio Gentilis *lib. 2.*
56 *de Jurisdict. cap. 5.* & præterea senes, † præ juvenibus, ad ejusmodi officia adhibendi, cum in senibus maturitas sensus esse soleat, Exod. *3. vers. 18. c. nisi cum pridem. §. alia verò causa. de renun-*
57 *ciat.* consiliumq; † senum melius sit, quam juvenum, *c. ex mul-*
58 *ta. de voto & voti redemt.* & senes meliores † & prudentiores juvenibus præsumantur, gloss. *in c. cum in juventute. de præsumt.* Alber. de Rosate *in l. semper 5. n. 1. 2. & 3. ff. de jur. immunit.*

59 Nec dignitate: quia si nobilis, † debet nobiliter vivere, & civilibus commodis abstinere, secus si facit, munera & onera frustra recusat, *l. secundum naturam 10. ff. de Reg. Jur. c. qui sentit. 55. c. rationi 77. eod. in 6.* Guilielm. Benedict. *in c. Rainutius n. 75. de testament.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 6. gloss. 1. n. 8. & §. 12. gloss. 1. n. 16.* Heig. *part. 1. quæst. 27. n. 5.* Wesenbec. *Cons. 58. n. 5. vol. 2.* Cothman. *respons. Acad. 14. n. 8. & respons. 24. n. 43.* Si verò Doctor;

non

non debet doctoratus, sive nominetenus saltem Doctŏr esse, sed reverâ, hoc est, vel actu se doctorem † præbere, & legere, 60
vel advocando strenuè Reipublicæ militare, militant namq; & causarum patroni, *l. providentium 7 C. de postuland. l. advocati 14. C. de advoc. divers. judic.* & hi tantũ eximuntur, Bart. Dd. & in specie Rebuffus *in l. medicos 6. n. 2. C. de profess. & med. lib. 10.* Bart. *in l. s d & repr. bars 7. §. amplius ff. de excus. tion.* Wesenbec. *Cons. 40. n. 20. volum. 1* non verò † pedanei illi Doctorelli, Joseph. de Rustic. 61
ad l. cum avus, lib. 2. cap. 15 n. 112 ff. de condit. & demonstrat Nos *Cons. 48. n. 44. vol. 2.* qui otio stertunt, & Reipublicæ nec volunt, nec possunt inservire, *§ sed & quod princip. Inst. de I. N. G. & C. arg. l. plenum 12 §. equitii 4. ff. de usu & habit.* Alexand. *in l. centurio. col. 4. in princ. n 17. vers. & sic remanet conclusio ff. de testam. mil. 1.* Enenckel *lib 1. de privileg. milit cap. 6. n. 3.* Rebuff. *de privileg. studiosor. privil. ult. n. 6.* Nicol. Festas. *de æstimo. part. 4. cap. 61. n. 59* Petr. Lenauder. *de privil. Doctor. part. 1. n. 48.* Caspar. Anton. Thesaur. *decis 99. n. 4.* Coler. *de process. executiv. part. 1 cap. 6. n. 151.* Gryphiander *de Insulis præfat. n. 39.* Doctores † die deß Macherlohns nicht werth seyn / 62
prout Lansius noster, Hutterum, credo, *in sui Neminus præfatione* secutus loquitur, *de Academiis, lit. N fol 85.* tum quia in muneribus istjusmodi † mos fidelissimæ vetustatis omninò retinendus est, *l semper 5. §. legem. 1 ff. de jur. immunit l sextumdecimum. 2. in princ. ff. de vacat. & excus. mun l fin. ubi gloss.* & Dd. *communiter C. qui ætate, lib. 10. l. testamenta 18. C. de testam.* ille enim † in suis ter- 63 64
minis tantum potest, quantum princeps per legem, *arg. l. omnes 9. ff. de Just. & Jur. l. de quibus 32 ff. de Legib.* Alemann. *Consult. 8. pag. 716.* tene, † quod tenet usus, & non eris illusus, Michael Gras- 65
sus *lib. 1. sentent. §. testamentum. quæst. 62.* Alber. de Rosate *de mun. & honor. n. 3. & 7.* Lans. *dict. comment. de Academ. lit. M. à princ.* Mores verò & consuetudines omnium ferè locorum ferunt, ut non solùm senes, sed & Nobiles, Doctores &c. atq; ipsi etiam Consiliarii principis emeriti & dimissi, in iis, ubi domicilium habent, locis, senatores & consules constituantur, nec ullius privilegii beneficio eximantur, quod proinde, ut certum & firmatum, omninò observandum, *l. honor. 14. §. de honoribus 3 ff. de mun. & honor. l. honores 7. ff. de decurion.* Johann. de Platea Rubr.

 C. quem-

C.quemad.civil.mun.indic.lib.10. Wesenbec.Conf 40.n.27. volum.1.
66 tum quia certum est, quod in casu inopiæ, † & ubi habilia & qualificata subjecta deficiunt, immunitas infringatur, & ad magistratus etiam privilegiati eligantur, & cogantur, l.ut gradatim.11.§.quoties 2.l.æstimationem 16.§ fin.ff.de mun.& honor.d l.semper 5 §.legem.1.ff.de jur.immunit.l.cum filios 2.ubi glossa fin.C.qui ætate
67 lib.10. maximè † si idonei & locupletes deprehendantur. l. honores 7.ubi Alber.de Rosate in princ.ff.de decurion.l.un.ubi Luc.de Penna in Rubr.& Nigr.C.de potior.ad mun.nomin.lib.10.l.fin.ubi glossa fin.C.qui ætate lib.10.Novell.de defensor.civit.25.cap.1.in princ. ne-
68 cessitas † enim omnibus legibus derogat, & omnem immuni-
69 tatem excludit,& etiam clericos, † quales omnes literati, licet seculares sint habentur, Fulgas. in l.qui sub prætextu 9.C.de SS.Eccles.Scip Gentil.ad Auth.habita.cap.3.verb.omnibus & cap.8. paulò post princip.C.ne fil.pro patr.Alber.Gentilis disp.4.ad L.Jul. Majest. verb.cum militibus lit.a.& nobiles obligat, l.quæcunq; 1.ubi Dd.ff. de offic.ejus cui mand.jurisdict.l.un.ff.de offic. Conf.l.si laborante 2.§. cum in eadem 2.ff.de L.Rhod.de jact.l.curiales 21. C. de decurion.lib.10. Johann.de Platea in l.cum te 3.C.quemad.civ.mun.indic.lib. 10. Jason in l.si ex toto n.9.ff.de leg.1.c.pervenit 2.c.non minus c. adversus. de immunit. Ecclesiar. Azpilcueta lib.3. tit.de voto.Conf.33.n. 16.tom.1. Bertrand.Conf.53.n.10.& seq.vol.1.part.poster.Francisc.Marcus.decis 450.Tiraquell.de Nobilit.cap.29.n 169.Sebast.Medic.de casib.fortuit. part.2 quæst.1.n.4.& seqq.Hieronym. Meyer de præferent. creditor.
70 lib.2.tit 4.n.18.& seqq. & principis † autoritas & ordinatio, cui, quia non sine justa causa eò permotus præsumitur, l.honor.14.§. fin.ff.de mun.& honor.Bald.in l.si adscribatum 4.C.de appellat.Bart.in l.relegati 4.ff.de pæn.Cynus & Bald.in l.rescripta 7.C. de prec. Imp.of-
71 ferend.Bald.in c.Ecclesia S.Mariæ in fin.de constitut. nullo † modo resistendum, sed omninò obtemperandum, accedat, l sacrilegii 5.C.de divers.rescript.l.disputare 3.C.de crimin. sacrileg. Wesenbec. Conf.40.n.28.& seqq volum.1. Et licet hîc Doctores quidam hæc ad summum saltem principem referre velint: Wesenbecius verò summæ autoritatis JCtus, quod principes nostrates, Electores præsertim, prætorii præfecti sint, adeoq;, quia jura præfectorum & plura alia habeant, Scipio Gentil. lib. 1.de Juris-
72 dict.cap.10. & proinde † munera imponere atq; inducere possint,

sint, l.un.C.de super indict.lib.10. Alberic, de Rosate Rubr. de Mune-
rib.n.3. hanc rem restringere, vel eidem mederi velint : Utriq;
tamen hac in parte falsi sunt : Primò enim principes Imperii
in suo principatu Imperatorem † repræsentant, & tantum pos- 73
sunt, quantum Imperator in imperio, Lancellot. in templo Ju-
stit.lib.1.cap.2.n.7. Peregrin.lib.1.de Jur.fisci.tit.2.n.45. Vult. lib.1.de
feud.cap.5.n.7. Pruckman.Cons.5.n.4.Cons.36.n.8.& seqq. Cons.39.n.
126.& seqq. & Cons.49.n.171.volum.1.& §.soluta potestas cap.4.effect.2.
n.42. Deinde verò summorum principum † Imperii potestas 74
hereditaria, cum privatis illis prætorio præfectis, quorum di-
gnitatum culmina cursim transeunt, ut Prudentius περὶ στεφάνων,
in hymno loquitur, nullo modo comparanda est ; hi quippe
Jus meri Imperii & omnia alia, non ut alienum & mandatum,
sed tanquam suum, & jure dominii & hereditatis obtinent,
ipsiq; suis in ditionibus magistratus, quibus talia committunt,
creant, Scipio Gentilis lib.3.de Jurisdict.cap.23.in princ. Tum de-
niq; notandum & observandum est, quod si tales personæ † 75
nominatæ & electæ, & à principe confirmatæ, tunc neq; appel
landi, neq; contradicendi jus ullum amplius pateat, sed ex in-
junctũ munus sine tergiversatione subire teneantur, l. Impera-
tores 13. §. item rescripserunt 2. ibiq; Alberic. de Rosate n.1.ff. de decu-
rion. c.ult.de election.in 6. c.nosti c.transmissa.de election. c.super his.de
accusat. Negantes verò solidis Juris fundamentis, & Augu-
stissimorum Imperatorum privilegiis nituntur, & rescriptis.

Primò enim in confesso, & extra dubium est, quod præ-
dicta munera, & honores, † personalia sint, Bart. & Dd. in l. 76
placet C.de SS.Eccles.& in l.rescripto §.fin.ff.de mun.& honor. Guido
Papæ decis.68.n.3. à quibus & Nobiles & Doctores, & omnes
literati immunes, l.non tantum 17.§.Iliensibus 1.ff.de excusat.l.& qui
3.§.hi qui 1.l.cui muneris 12.l.honor.14.§.utrum.2.& l.ult.§.patrimonio-
rum.18.ff.de mun.& honor.l.sancimus 6.C.de advoc.divers.judic.l.cum
te 1. l. medicos 6. ibiq; Dd & l. fin. C. de profess. & medic. lib.10. l.
præcipimus 14.& l.pen.C.de dignitat.lib.12. Alber. de Rosate de Mu-
ner.& honor.n.17.& seqq. Petr. Lenauder. de privileg. Doctor. privi-
leg.2.n.7.& 9. Horat. Lucius de privil Scholar. privil.58. Hieronym.
Prævidell. de privil. pestis. §. hoc tempore pestis n. 2. Menoch. lib. 2.

A.I.Q.

A. I. Q. cent. 4. cas. 379. per tot. Pfeil. *Conf. 197. n. 9. § præter arbitrium volum. 2* Mynsing. *respons. 1. n. 22. 33. 36. & seq. decad. 15.* Loquun-
77 tur autem allegati textus omnes generaliter † & indistinctè, quod scilicet sæpenominatæ personæ ab omnibus oneribus personalibus, tam publicis quam civilibus excusentur, & proinde indistinctè, ut nihil omninò excludant, sumendi, *l. Juliano 68. ff. de leg. 3. l. hic titulus 1. § generaliter 1 ff. de leg. præst. l. si servitus 23. in fin princ. ff. de servit. urb. præd. l. item apud. 15. § generaliter 27. ff. de injur* Bart. *in § fin autem n. 9. Inst. quib. mod. test. infirm. & Conf. 191. lib. 1. & quæst. 8. n. 12.* Bald. *Conf. 305. lib. 3.* Castr. *Conf. 3. n. 3.* Cravet. *Conf. 3. n. 1. & Conf. 133. n. 5.* Oldendorp *Conf. Marp. 5. n. 42.* Phil. Matth. *Conf. 26. n. 41. volum. 2.* Quamvis verò quidam prætendant, modò dicta omnia de Medicis tantum esse intelligenda: Sciendum
78 tamen est, quod † Doctores Jurium & aliarum facultatum comparentur medicis, & aliis professorum collegiis, quæ à decurionatu, vel magistratu municipali excusantur, *l. Severus 9. in fin. ff. de decurionib. l semper. 5. § fin. ff. de jur. immunit.* Angel. *in §.*
79 *item Romæ. Inst. de excusat. tut.* & immunitatem † habent. *l. in honorib. 8. §. fin. ff. de vacat. & excus. mun. l. medicos 6. C. de Profess. & Medic. lib. 10 l. fin. C. de mun. & honor lib. 10. l. archiatros 8. C. de metatis lib.*
80 *12.* Thomat. *de collect. §. medici n. 7.* imò etiam † medicis præferantur, Matthias Stephani *l. 3. de Jurisdict. cap. 4. n. 13. & seqq.* Sic
81 ut contrarium judicium † non audiat Orbis totus, Alberic.
82 Gentil. *in laudib. Academ. Oxoniensis*, & histriones † hac de re dare sciant judicium, Nevizan *lib. 5 Sylva nuptial n. 87.* Benius *de privileg. JCtorum. privil. 55.* Hilliger *in Donello enucleato. lib. 3. cap. 9. lit. N.* Lansius *in commentar. de Academiis lit F fol. 22.* Cum ergò
83 Medici † liberi sint à talibus muneribus & honorib', & curialibus ac municipalibus conventionibus, quæ nihil aliud sunt, quam ad munera municipii & decurionatus vocatio, Petr. Faber & Rævard. & Dd. communiter *in l. femina 2 ff. de Reg. Juris.* Wesenbec. *ad tit. C. ubi quis de curial vel cohort.* quis sanus id JCtis negabit? *d. l. medicos 6. verb. nec ad judicium deduc. l. fin ibi, nulla municipali, nulla curialium conventione vexentur. C. de profess. & med.* cum ab ea vocatione privilegiatis personis immunitas & libertas lege concedatur, *l. pen. & l. fin. C. de decur. lib. 10. l. cum ob. 2.*
C. de

C.de his qui non implet.stipend.lib. 10. gloss. *in l exceptis.1.C.de decret. decur.lib.10.l.fin.§.fin.ff.de mun.& honor.* Wesenb.*Cons.40.n.34.& seqq.vol 1.* Quid quod etiam † negotiatoribus, qui ob sordidam 84
professionē, *l.nobiliores.3.C.de commerciis.* Tiraquell.*de Nob.cap.33. n.1.& seqq.* imunes sunt à muneribus,† etiā ab honoribus in ge- 85
nere imunitas detur? *l.eos qui.6.§.Paulus 1.ff.de vacat.& excus.mun.* Wes.*d.loc.n.37.* Unde multò magis Doctoribus &c.† qui & ge- 86
neraliter & specialiter & nominatim ab eisdem excusantur, ut dicit glossa *in l.ab his onerib 10.§.ang. 2.ff. de vac. & excus.mun.d.l. cū ob.2.C.de his qui non implet stipend.* utpote dignioribꝰ concedenda, Odofred.*in l fin.in fin.C.de profess.& medic.lib.10* Rebuff.*in d.l. med.6.n.4.& 5.C.d.t.* Alb.de Ros.*de Mun.& hon.n.14.* Et licet, quæ modo deduximꝰ, Bart *in d.l.med.6.& Angel.in §.item Roma.in fin. Inst.de excus.tut.* ad Doctores actu legentes † restringere velint. 87
Falsus tamē uterq; est; indistinctè enim † & generaliter adducti 88
loci loquuntur, & proinde etiam sine distinctione accipiendi, gloss.*in l.hic titulus.1.§.general.1.ff.de legat.præstand l.de pretio.8.ff. de Publ.in rem act.l.à procurat.13.C.mandat.* gloss.*in d.l.ab his oneribus. 10.§ angariorum. 2.* Guido Papæ *in terminis, decis.388. n.8.* Alberic. *d.loc.n.14.* maximè quia † in favorabilibus & ampliatione di- 89
gnis loquuntur terminis, *c.odia.15.de R.Jur.in 6.l.inter pares.38 ff.de re judic.* Scipio Gentilis *de secund.nuptiis.cap.18.in fin.* Neq; verò sufficientē videmus rationem, cur Doctores legentes melioris conditionis esse debeāt, quàm alii, Advocando, consulendo &c. Reipublicæ inservientes homines, cum † privilegiorū & exem- 90
tionum præcipuum fundamentum & causa primaria sint bene merita in Rempublicam, *l eum qui.58.ibi: habita considera- tione videlicet meritorum.C de decur.lib.10.l.jubemus. 4. C. de prox.sacror scrin. lib. 12. l. semper. 5. §. 3. ff. de jure immunit. tot.tit. C.pro quib.caus.servi propram.libert. accip.l. ult. C. de apparit. præfect.præt. lib. 12. l 3 C. de offic. mag. milit. l. testamenta. 26. C.de testam.milit. l.ult.C.de his qui sponte mun.publ.sub l.1.in princ.ff.de censib.* Johann. de Platea *in l.agentes. n. 1. C. de præpos. agent. in rebus.lib. 12.* Alberic. de Rosate *de Mun.& honor. n.63.* Georg. Acacius Enenck, *lib.1.de privil.mil.cap.8.n.17.& cap.9.n.33 & lib.1.de privileg. Juris civ. cap.10.n 7.29. & per tot.* Et consulentes atq; conscientiosi

91 Advocati † sæpe, si non majorem & meliorem, attamen certè parem & non minorem legentibus Reipublicæ adferant & præstent opem & operam, *l. providendum. 7. C. de post. land. l. advocati. 14. ubi* Gothofred. *lit. L. C. de Advocat. divers. judic.* Guido Papæ *d. loc. n. 2. & per tot.* Johann. de Platea, & Christoph. Porcius *ad §. item qui Romæ. Inst. de excus. tutor.* Alberic. *d. loc.* Thomat. *de coll. 2. §. medici, n. 14.* Leander Galganettus *lib. 2. de jure public. tit. 9. n.* Johann. Matthias *de contribut. cap. 6. n. 155.* David Doring. *in bibliothec. JCtorum tom. 1. lit. A. verb. Advocatus. n. 73. & seqq.* Dn. D. Georg. Christoph. Walther *de Statu & Jurib. Doct. cap. 16 §. tit.*
92 huicq; sententiæ nostræ non repugnat sæpe allegata † *l. medicos 6. C. de profess. & medic. lib. 10.* cum simil. concordant. sed eandem potius propugnat & defendit: siquidem non minus in medicis actu legentibus, quam officium suæ professionis cum laude practicaliter exercentibus loquitur: quod proinde & in JCtis similiter observandum & practicandum, Thomat. & Alberic. *dictis locis.* Festas. *de æstimo & collectis. part. 4. cap. 3 n. 53.* Wesenbec. *Cons. 40. n. 40. volum. 1.* de similibus siquidem † idem est
93 judicium, *l. illud quæsitum 32. ff. ad L. Aquil. l. ult. C. de in offic. donat. l. ult. C. de in offic. testam. c. cum dilecta. 4. de confirmat. util. vel inutil. c. inter cæteras. de rescript. c. 2. de translat. prælat. c. cum secundum. de præbend.* Cravet. *Cons. 47. n 3. & Cons. 92. n 9.* Martin. Uran. *Cons. 3. n. 8. tom. 1.* Hering. *de Molendin. quæst. 41. n. 35.* Deinde duumviri
94 † sive burgimagistri, & reliqui magistratus municipales, ex corpore decurionum, qui veluti senatores quidam municipales sunt, & non aliunde creari oportet, *l. honores. 7. § pen. ff. de decur. l. rescripto. 6. ff. de mun. & honor. l. decuriones. 1. C. de magistrat. municip.* gloss. *in l. si ad magistratum. 18. verb. duumviratus. C. de decurio. 10.* Bologuet. *in l. omnes populi. 9. n. 75. ff. de J. & Jur.* Antibol. *de Muner. part. 3. §. 2. n. 21.* Cujac. *in Rubr. C. de decur.* Göden *Cons. 31. n. 2.* Dn. Bocer. *de Jurisdict. cap. 8. n. 86. & seq.* & Dn. Scipio
95 Gentilis *lib. 2. de Jurisdict. cap. 5.* neq; † consuetudine contrarium induci, Archidiac. *c. 1. 2. & 3. dist. 60.* Alberic. de Rosat. *d. l. honores. 7. §. is qui non sit decurio. ff. de decur.* multò minus ve-
96 rò, quamdiu † idoneus ex corpore universitatis haberi potest, aliunde alius in ordinem assumi debet, *l. ut gradatim. 11. l. & si filium. 15. ff. de mun. & honor.* quod etiam ad syndicum est referendum

rendum, *l. in Ecclesiis. 11. ubi gloss.* Bald. & Salicet. *C. de Episcop. & cleric.* Bart. *in Authent. minoris n. 1 C. qui dar. tut. per l. idem fiet. 27. ff. de testam. tut l. si, ut allegas. 16. C. de excus. tut.* Specul. *de Syndic. n. 20.* Bertrand. *Cons 7. n. 3. & per tot. vol. 4.* Certum autē est, Nobiles & Doctores ex numero & corpore decurionum non esse: Unde etiam cum præsertim multi idonei in eodem reperiantur, & consulatū, aut quo simili, vel alio etiam officio digni, ad burgimagistratum &c. cogendi non sunt, sed eorum excusationes omninò admittendæ, nisi fortè juri † suo renunciantes eam provinciam ultrò subirent, *l. si quis in conscrib. 51. C. de Episc & cleric. l. si quis. 29. C. de pact. l. pactum. 46. in fin. ff. eod. l. si judex. 41. ff. de minor.* Alciat. *lib. 5. parerg. cap. 25.* Æmil. Ferret. *de Mora. n. 56.* Covarruv. *lib. 2. Variar. resolut. cap. 4. n. 4.* Tiraquell. *in tract. le mort. part. 7. declar. 1. n. 4.* Wesenbec. *in terminis Cons. 40. n. 52. & seq. & n. 63. volum. 1.* Pruckman. *Cons. 46. n. 153 volum. 1.* 97

Tum quia in majoribus honoribus constitutos, iisdemq; rite & bene functos; modò propter merita remissionem impetrarint, aut gratiosè dimissi fuerint, nec ob sordes, aut demerita loco moti sint, *l. Imperator. ult. ff. de pan. l. quicunq. 1. C. ubi Senator. vel clarissim. l. judices. 12. C. de dignit. lib. 12 l. senatorem 3. ff. de senator. l. de decurione. fin ibiq.* gloss. *verb. decurio. ff. de decur.* Arius Pinell. *in l. 4. n. 12. C. de bon. matern.* Tapia *in l. fin. cap. 4. part. 2. n. 36. & seqq. ff. de constit. princ* Boer. *decis. 246. per totum.* ad minores, consulatum & Syndicatū &c puta, devocare neq; debemus, neq; possumus. Nobiles † autem & Doctores, si præsertim Consiliarii principū, 98 aut aliorum Imperii statuū fuerunt, & in majori dignitate constituti, & majoribus honoribus functi fuerunt, quos proinde ad minores devocari nō oportere rationis est, *l. majorib. 2. C. quemad. civilia mun. indic. lib. 10.* ascendendo † quippe, & non descenden- 99 do conferri debent honores *d. l ut gradatim. 11 ff. de mun. & hon. l. quamvis. 45 ff. de neg. gest. gloss* & Bald *in d. l. majorib. 2.* Nec quis † 100 circa eosdem retrò incedere cogitur, sed qui semel assumtus est ad Digesta, non cogitur redire ad volumen *l. grammaticos. 2. C. de profess. & medic. lib. 10. c. cum in tua. de consuetud. in 6.* vergeret enim ad injuriam & diminutionem electi, cujus pudori & famæ parcendum, *per l. Quintus 48. in princ. ff mandat.* Alber. *de mun. & hon.*

n.18.vers.item servatur ordo l.honorem sustinenti.10.ff.eod. si ad minora vocaretur officia, eademq; subiret, *d.l.honorem 10.l.si quãdo.pen. C.de appellat.d.l.majoribus.2.C.quemad.civil.mun.indic l.Doctiss.* & *ibiq.* gloss.*C.de decur.lib.10.l major dignitas.3.C.de dignit lib 12.* Alb. *d.loc.* Wesenb.*Cons 40.n 59.60.61 62.& 63.volum.1.* Adhæc ex aulis

101 principum discedentes † ab omnibus muneribus immunes haberi debent, *l.ex aula 3. C. de privil.eor.qui in sacr.palat.milit.lib.12.*

102 quæ lex quia generaliter † loquitur, generaliter quoq; accipienda, sic ut neq; Doctores, neq; Nobiles, neq; similes alios excludat, *l.omnia.1.ff.de off.praf.urb.l. regula.9.§.fin ff.de jur.& fact.ignor.l.ait prator.1.§ ult.ff.qua in fraud.credit.* Bart.*Cons.191.lib. 1.* Bald. *Cons.305.lib.3.* Castr.*Cons 3.n.3.* Crav.*Cons.3.n.1.& Cons.133.n.5.* Wesenbec.*Cons.340.n.32. & seqq. volum. 7.* aut aulam saltem Impe-

103 rialem subintelligat, hodie enim † principes Imperii, & imperatoris concessione, & legitima præscriptione, in suis ditionibus jura Imperatoris habent, *l.un.C.de sent.praf.prat.* Panormit. *in c. venerabilem.34.de election.c.scitote6.quæst.3.c.in apibus.7.quæst.1.* Gõden *Cons.4.de argent.n.12.* Wesenb.*Cons.40.n.44.47.& 51.vol.1.* &

104 ut modò diximus, in suo † tantum possunt, quantum Imperator in Imperio, quidni ergò, quod in versantibus in aula Imperatoria, aut ab ea discedentibus valet, etiam in principum consimilibus ministris pariter valeat? Knichen *de Jure territor. cap.*

105 *1.n.418.* cum † nulla diversitatis ratio appareat, *l.generaliter.5.ff.de fide instrument.* Æmilian.*Cons.4.n.17.* Cravet.*Cons.187.n.67.& de antiquit.tempor.in pr.n.35.* Wes.*Cõs.50.n.20.vers.nam cũ nulla diversita-*

106 *tis ratio.vol.1.* Quod vel eò magis procedit, si personarum † merita sint notoria, & per multos annos continuata, adeò, ut ob eadem & gratiosam dimissionem impetrârint, & cum dignitate salarium quoq; retinuerint, & vel Consiliariorũ è domo officiũ adhuc sustineant, & proinde vacationẽ & quietem meritò habeant. Scimus tam qui in militia armata, quam qui in togata, per viginti annos militarunt, & missi sunt, habere non solũ vacationem & excusationem à muneribus, *l.& qui.3.§.his qui 1.& §.decaprotos10.l.cura.4.§.ult.l.ult §.pen.ff.de mun.& hon.* Enenckel.*lib. 2. de privileg. milit. privil.30.n.1.* & honoribus, *l.cum ob.2.& l.seq. C. de his qui non implet.stipend.sacram. solut. lib. 10.* sed etiam digni-

dignitatem † vicariorum & comitum impetrare, sic quidem, ut, 107
cum beneficia † principum latissimè interpretemur, *l. fin. ubi* 108
Jason. *ff. de constit. princip.* Bald. *Cons. 294. volum. 5.* Decius *c. ult. vers. sed considerandum est. de constitut.* Ferdinand. Lopez *in repetit. l. filius familias. §. Divi. fol. 10. col. 2. vers. quæ obstat etiam ff. de legat. 1.* Gozadin. *Cons. 8. n. 28.* Raphael Gumanus *Cons. 169. col. ult.* Cravet. *Cons. 95. n. 9. & Cons. 135. n. 6.* Schrader. *Cons. 39. n. 128. & seq. vol. 2.* Enenckel. *lib. 3. de privileg. cap. 8. n. 38. & 39.* etiam ad bene
meritos, gradu Doctoreo † insignitos advocatos eadem exten- 109
datur, *l. qui militiam. 1. & l. seq. ibiq.* Odofredus, Rebuffus & Dd. communiter. *C. quib. muner. excus. hi, qui post milit. vel advocat. lib. 10.* Non minus † enim in foro militant Jurisperiti, quam 110
milites in castris, *l. advocati. 14. C. de advoc. divers. judic. l. fin. ubi* Rebuffus *verb. militare. C. de profess. & medic. lib. 10.* gloss. Bart. & Angel *in l. miles. 6. in princ. ff. de re judic.* Guido Papæ *latè decis. 388. n. 1. 2. & seqq.* unde & eadem † privilegia, quibus armatæ militiæ mili- 111
tes gaudent, obtinent etiã in militibus Justitiæ, gloss. *in l. Divus 9. verb. militarem. ff. de feriis. & in l. omnes. 7. C. eod. in l. quæ pater. 32. ff. famil. hercisc. & in l. nepos Proculo. 125. ff. de Verb. Signif. d. l. advocati. 14. C. de advoc. divers. judic. l. un. C. in quib. caus. mil. for. præscript. uti poss. tot. tit. C. de privil. eor. qui in sacr. palat. milit. lib. 12* Horat. Luc. *de privileg. Scholar. privileg. 5.* Wesenbec. *Cons. 40. n. 50. vol. 1.* Enenckel. *lib. 1. de privileg. milit. cap. 3. n. 8. & 9. & cap. 6. per tot.* Nec etiam † tam 112
insigne privilegium intuitu certæ tantum alicujus personæ, vel loci, vel parietum Scholæ Constantinopolitanæ, sed meritis, operis & laboribus personarum datum, *l. un. ubi* gloss. & Dd. Bart. *n. 1.* Johann. de Platea *n. 6.* Ortolphus Foman. jun. *n. 14. & 24. C. de professor. urb. Constantinopol. lib. 12.* & propterea ad easdem etiam extendendum est, Bart. *in proœm. ff. n. 12.* Jason. *in l. 1. n. 11. ff. de offic. ejus.* Gomez *ad LL. Tauri. l. 83. n. 17.* Menoch. *lib. 2. A. Jud. Q. cas. 68. per tot.* Sichard. *ad l. 25 n. 10. C. de procurator.* Bornit. *lib. 2. de præm. cap. 8. in fin.* Arum. *part. 2. Jur. publ. disc. 4.* Hilliger. *in Donell. Enucleat. lib. 24 cap. 22.* maximè cum respectu professionis & artis quam edocti, & Consiliarii & Advocati professores Juris appellentur, attestante Cunrado Celte in sua Norimberga. *cap. 12. in fin.* Petr. Anchor. *ad Clem. cum sit nimis. de magistr.* Clariss. Walther, *de stat. & jur. Dd. cap. 11. in princ.* Porrò

 licet

113 licet hic quidam inter munera † & honores distinguere, & ab illis Doctores & Nobiles im̃unes esse velint, ab his non itam, *l. cui.12.ff.de mun.& hon.ibiq.* Alber. de Rosaten. *14.* Wesenbec *d...n.10. & 51.* frustra tamen sunt, cum ab utroq; & honore & onere municipali, vel propter dignitatem, ut hactenus deductum, vel propter incolatum, in quo partim deprehenduntur, excusantur & excludantur, *l.incola 34.ff.ad Municipal.* Goedd. *in l.munus*
114 *18.n.fin ff de Verb.Signif.* Et certè autoritate † honoratarum villium personarum non parùm detraheretur, si ad inferiora subsellia, cum superioribus insederint, & adhuc insidere reperientur, Odofred. *in l.cum te curatorem.1.C.quemadm.civil.mun. in... lib.10* Wesenbec. *Cons 40.n. 60. & seq. volum.1.* Cum † tamen
115 vel quod Doctores, Nobiles &c. sint, vel quod ad Consilium vocati, ab omnibus oneribus & muneribus immunes habendi, nec ad decurionatum aut similem magistratum municipalem vocari debeant, *l.verum.11.§.ex facto.2 ff. de minorib.l. jurisperitos 30 l.administrantes.41 ff.de excusat.l fin.C.de excus tut.l.fin. C.de silent.lib.12.l.pen.& l.fin. C.de decurion lib. 10.* Rebuff. *in terminis in Rubr C.de profess.& med.lib.10.* Guido Papæ *decis.376.per tot. ubi in terminis.* Thomat. *de collectu.§.Medici n.10.* vel saltem si dimissi
116 † in honorem pristinæ dignitatis, & exantlati laboris & muneris, minus gravandi, sed potius condigno honore & immunitate afficiendi veniant, *l etiamsi. 1.l. cosqui. 11. & ibi* Johann. de Platea *l maximarum.12 in fin.ibiq.* gloss.ult. Bart. Angel.& Platea *l.eam legem.14.C.de excus.mun.lib.10.l major dignitas.3.C. de dignit. lib.12.* Bald. *in c.sedes apostolica. ubi* Innocent. *de rescript.* gloss *in c.*
117 *accedens. dist,50.* Sic Annas, † finita quamvis dignitate, summus Pontifex remansit, *teste Joseph o,* iis namq;, qui eam dignitatem semel adepti, nomen remansit, etiam post rem sublatam, Casaubon. *Exercit. in Baron.13 diatrib 5.* Sebast. Nævius *ad l. archiatros. n.2. C. de comitib. & archiatris sacri palat.lib.12.* Sic,
118 qui semel † legatione functus est, ob memoriam pristinæ dignitatis, semper ut legatus honorandus est, Felin. *in c.quæ in Ecclesiarum.col.32 fallent 5. vers. & hinc est quod ei. de constitut* Speculat. *tit. de legato. §.finitur. vers.item nota.* Guido Papæ *decis.... vers.& ultra dicta.* Nec Consiliarius † aut decurio, licet nunc
119 non sit, in memoriam pristinæ dignitatis, gravandus aut molestan-

loſtandus, *l. ult. ff. de decur. l. nihil. 17. in fin. C. de quæſtion.* Tiraquell.
tract. ceſſante cauſa part. 1. limit. 16. n. 3. 4. & ſeqq. Tapia *in l. fin. part. 2.*
cap. 4. n. 35. & ſeqq. ad fin. ff. de conſtitut. princip. Accedit prædictis,
quod in muneribus imponendis talis ordo ſervandus, ne per-
ſona ultra modum † gravetur, ſed ut Geometrica æqualitas 120
ſervetur, *l. fin. & ibi* Johann. de Platea *in Rubr. not. 2. C. quemadm.*
civil. mun. indic. nec, qui prius † officium cum dignitate ſuſti- 121
nuit, ad vilius, quod eſt ſine dignitate aut certè non pari, vo-
cetur: ſi enim hoc fieret, excuſaretur meritò, Alberic. de Ro-
ſat. *in repetit. Rubric. n. 14. verſ. interdum quis excuſatur ratione officii.*
ff. de mun. & honor. Nec, qui eſt † de uno corpore ad aliud eſt eli- 122
gendus, *l. cum te. 1. ubi* Bald. Odofred *in fine &* Rebuffus. *C quem-*
ad. civil. mun. indic. lib. 10. l. mandatis. 1 in fin. ff. de colleg. & corpor. l. fa-
bricenſes 32. C. de decurion. lib. 10. c. cum venerabilis. de conſuetud. c. fin.
de poſtuland. c. un. in fin. de relig. domib. in 6. Sic quidem, ut † duo ſi- 123
mul ſuſtineat diverſa munera, Boer. *Conſ. 16. n. 13. & 14.* iisq; ni-
mium defatigetur, & Reſpublica lædatur, cum pluribus † par 124
eſſe non poſſit, *l. ille. 14 §. pen. ubi gloſſ ff. ad SC. Trebell.* Nam

Pluribus † intentus minor eſt ad ſingula ſenſus, 125
l. nemo. 14. in princ. & §. nec ſit. 1. C. de aſſeſſor. & domeſt. l. quisvis. 6. in
princ C. de poſtuland. aut aliàs † afflictus amplius affligatur, *Eccle-* 126
ſiaſt. 3. verſ 4. l. Divus. 14 ff. de offic præſid. l. tam dementis. 28. C. de Epi-
ſcop. audient. Auth. navigia. C. de furt. Romul. *in l. ut vim 3. n. 183 ff. de*
Juſt. & Jur. Lucas de Penna *in l. 2. quæſt. 11. C. qui morbo. lib. 10.* Craver.
Conſ. 456. n. 24. Cephal. *Conſ. 277. n. 12. & Conſ. 336. n. 34.* Roland. à
Valle *Conſ. 66 n. 51 volum. 1. & Conſ 87. n. 27. volum. 2* Menoch. *Conſ.*
80. n. 32. vol. 1. Weſenbec. *in terminis Conſ. 40 n. 54 & ſeqq. volum 1.*
Deniq; quod favore alicujus † introductum, in odium & mo- 127
leſtiam ejus non eſt detorquendum, *l. nulla. 25 ff. de Legib. l. quod*
favore 6 C. eod. l. 30 § quod autem ff. de Carbon. edict. l generaliter 5. C.
de ſecund. nupt. l. 2. ff. de L. Commiſſor. l. 19. in fin. ff. de fid. inſtrument. c.
indultum 17. & c quod ob gratiam. 61. de R. Jur. in 6. Weſenbec. *Conſ.*
117. n. 32 & Conſ. 135. n. 59 vol. 3. neq; † quis præter Jus & æquum 128
gravandus, *Levit. 19. verſ. 11.* Deuter. *16, verſ 19. c. non debet. de R. Jur.*
in 6. l. ſi quis ſuo. 21 ubi Jaſon *C. de in offic. teſtam.* Aldobrand *princ.*
n. 9. Inſt. de ingenuis. Pruckman *§ ſolum poteſtas. cap. 4. effect. 5. n. 20.*
Id

Id verò neutrum fieret, si privilegiatæ tales personæ, saltem ut ægrè ipsis fieret, istjusmodi munera, inimicitiæ credo & affectionis gratia, subire cogerentur, cum tamen publicæ voca-
129 tiones † privatis affectibus servire non debeant, *l. un. C. si propter inimicit. lib. 12* Alber. de Rosat. *in Rubr. n. 18 ff. de mun. & honor.* nec
130 Nobilitati † aut Doctorali dignitati, eam viliori & inferiori burgimagistri &c. officio gravari conveniat, cum præsertim
131 nec necessitas, † quæ aliàs multa permittit, Enenckel. *lib. 2. de privil. milit. privil. 3 n 6.* id expostulet, nec sufficientes & idonei cives & decuriones, qui eligi & administrare queant, desint, *l. cum te 3. ibi si aliorum civium copia est. ibiq.* Johann. de Platea. *C. quemad. civil. mun indic. lib 10.* Jason. *in l. si ex toto. n. 9. ff. de leg. 1. c. adversus. c. pervenit. 2. c. non minus. de immunit. Ecclesiar.* Azpilcueta *lib. 3. tit. de voto. Cons. 33. n. 16. tom. 1.* Stephan. Bertrand. *Cons. 53. n. 10. & seq. vol. 1 part. poster.* Hieronym. Meyrer *lib 2. de præfer. credit. tit. 4. n. 18. & seqq.* Wesenbec. *Cons. 40. n. 65. ubi in terminis. volum. 1.*

132 Cum verò ex lapidum † collisione ignis, & ex disceptationibus veritas eliciatur, Illustrissimus Scaliger. *Exercit. contra Cardanum. 308. in fin.* Pfeil. *Cons. ult. n. 2. vol. 2.* hac disputatione habita, ad contraria quoq; respondebimus, ut veritas eò magis elucescat.

Non movet quod primo loco adferebatur: Concedimus enim & necessarium, & cogendos esse homines, ut Rempublicam administrent: sed volumus, ut id competenter & juxta legum præscripta fiat, nec ordines & gradus confundantur,
133 aut unus † præ altero gravetur, *c. non debet. extr. de Reg. Jur. in 6. l. si quis suo. 33. ubi* Jason *C. de in offic. testam. l. ad inferiorum. 1. C. de apoch. public. lib. 10. l. quoniam. 1. l. qui gravatos. 5. C. de censib. lib. 11.* Antibol. *de Munerib. part. 3. §. 2. n. 13. & seq.* Aldobrand. *in princ. n. 9.*
134 *Inst. de ingen.* & dum hoc omninò faciendum, certè nulli † alii homines, quam qui sunt de collegio, ad istjusmodi municipalia vocandi erunt munera, *l. honores. 7. §. is qui. 2 ff de decurion.* Non nobiles, non Doctores, nec dimissi, nec emeriti: Hi si-
135 quidem non tantum † generalem immunitatem & vacationem habent à muneribus, Bart. *in l. in honoribus 8. ff. de vacat. & excus. mun.* sed etiam specialem ab honoribus, præsertim inferioribus, plus oneri, quam honori, futuris, *l. medicos. C. de professor.*

fessor. & medic. lib. 10. gloss. *in d. l. in honoribus. 8. §. Philosophis. 4.* Alb. de Rosate *in l. ab his oneribus, 10. n. 1. ff. de vacat. & excusat. mun. & in Rubr. n. 63. ff. de mun. & hon.* Neq; verò exinde Justitiæ cursus impeditur: habentur enim in talibus collegiis plerumq; Spartæ isti condecorandæ sufficientes homines, & ut non essent, & casus quandoq; graviores acciderent, esset magistratus superior, esset consilium sapientum, essent Doctores ad quos in necessitatis casu confugere, & consilium requirere possent, qua ratione & Justitia administraretur, & utilitas publica juvaretur, & † ordo simul conservaretur, nec tertio injuria fieret, *§. juris præcepta. 4. Inst. de Just. & Jur.* 136

cap.6.n.16. & seqq. inter viæ munitionem quæ personis, & quæ prædiis indicitur, distinctionem facit, nec certam ejus rei reddit † rationem, legibus fundatam, *l.illam.19.C.de collat. Nov.18.* 258
cap.5.in princ. Jason. *in l.præses.n.4.C.de transact. & in l.singularia.n. 19.ff.de reb.cred.* Goedd. *Consf.Marpurg.27.n.85.vol.1.* sed generaliter tantum procedit, nec, quid hæc aut illa sit, docet, adeoq; lectorem in suspenso relinquit, cum tamẽ veram sententiam, de quâ hactenus, hoc est, curæ & sollicitudinis viarum, & impensarum atq; sumtuum earum differentiam, si negotia ejus permisissent, toto perspecto textu, *l. incivile.24.ff.de Legib.* facillimè † si non reperire, facilè tamen invenire potuisset, Ovid. 259
lib.1.Metamorphos.fabul.16.vers.43. Æneas Sylvius, *de Curial.miser.cap.8.* Nisi, quod puto, magnus ille & mihi æternum colendus vir, ad pauperes & inopes & patrimoniales sumtus sufferre non valentes, & proinde corpore † & labore sua præstantes per- 260
sonas respectum habuerit, iisq; pro sumtu faciendæ viæ corporalem refectionem attribuerit, *l.cura exstruendi.4.§.inopes.pen.l. æstimationem.16.in princ.ff.de muner.& honor.* Bocer. *de Regalib.cap. 3. n. 224.* qua † ratione, ad præscriptum Illustrissimi & divini 261
Josephi Scaligeri in Epistola dedicatoria ad Amoris Triumviros optimos, Catullum, Tibullum, Propertium, omninò excusandus & juvandus.

Ante conclusionem hujus, in quo hactenus desudavimus, capitis, etiam illa enodanda nobis venit quæstio, quam insani & literatis iniquiores quidam movent homines: Utrum nimirum, cum in turbulento hoc rerum statu delectus novi agantur, & certæ personæ in lustrationibus ad exercitia militaria & defensionem eligantur, Nobiles quoq; & literati ad eosdem, ut scilicet Musterung & Folge subeant, cogi possint? Qui affirmant, clamant primò, inter † arma silere leges, Cicero 262
pro Milone. Gunther. *lib.3.Ligur.vers.402.*

Justitioq; silent longo jam tempore leges
Suppressæ. ———

& lib. 8. vers. 481.

— *veterum leges edictaq; regia longo*
Justitio suppressa silent. ———

Roland. à Valle *Consf.66.n.61.volum.1.* Cothman. *Consf.13.n.23. volum.3.*

263 *volum.3.* nec ob † eorundem strepitum, quod Cajus Marius dicebat, legum vocem exaudire posse, Plutarch. *in apophthegm. Roman.* Wehner. *in præfat. Ordin. judic. Rotwilens.* nec ullius privi-
264 legii aut personæ rationem haberi, sed in commune † omnes pro salute patriæ teneri, *c. pervenit. ubi* Panormit. *de immun. Eccles. l. nam salutem. 3. §. sciendum. 3. ff. de offic. præf. milit.* Lucas de Penna *in l. cum neq;. 4. vers. super hoc Dominus Bartolus. C. de incol. lib. 10.* Boer. *decis. 212. n. 5. in fin. & seq.* Thomat. *de collect. §. exactio. n. 30. &*
265 *§. exposuimus. n. 24.* Deinde † utilitatem publicam præferendam esse privatorum commodis, & in omni dispositione esse exceptam, *l. si quis in gravi. 3. §. hi quoq;. 15. in fin. ff. de SCto. Silan. l. utilitas. 3. C. de primip. lib. 12. Nov. 39. cap. 1.* Wesenbec. *Cons. 215. n. 1. volum. 5.* quod tamen non fieret, si aliquibus immunitas ab isto daretur munere.

266 Tum quod † æquitas exigat, ut qui commodorum loci, protectionis puta, verbi DEI, & Sacramentorum usus participes sunt, & alia plura percipiunt, talia etiam incommoda ferant, *l. secundum naturam. 10. ff. de Reg. Jur. cum simil.* Abbas *c. 1. n. 4. de Eccles. ædific.* Bertrand. *Cons. 41. n. 26. vol. 4. & Cons. 126. n. 12. vol. 1. part. 2.* Natta *Cons. 215. n. 7. in fin.* Decian. *Cons. 14. n. 36. vol. 2.* Pacian. *Cons. 7. n. 98. & seqq.* Borell. *Cons. 2. n. 11. & seqq.* Thesaur. *decis. 149. n. 7.* Bocer. *de collect. cap. 5. n. 17.* Cothman. *Cons. Academ. 14. n. 8. & Cõs.*
267 *24. n. 43.* & suo exemplo † non modò alios ad defensionem civitatis, & Reipublicæ, quam à pluribus defendi, ejus interest maximè, invitent, *l. nam Reipublicæ. 4. ff. de nov. oper. nunc. l. multi 1. ubi* Bald. *C. de navib. non excusand. lib. 11.* ubi nec rem, ut scilicet non deserviat publicæ utilitati, aut necessitati, subtrahere licet,
268 † ne publica vacillet utilitas, *l. mun. C. de infamib. lib. 10. l. hac lege 2. C. de privileg. Scholar. lib. 12.* Thomat. *de collect. §. nobilitas. n. 1. ubi in terminis.* sed etiam, ut onera concivibus portatu faciliora effi-
269 ciantur, quod † enim à pluribus solvitur, facilius solvitur, & minus à quolibet, & per contrarium, quod à paucioribus præstatur, gravius, & magis à quolibet, *l. civilia. 1. & l. fin. ubi gloss. fin. C. de mun. patrim. lib. 10. l. actores. 4. C. de exact. tribut. lib. 10. l. rem privatam. 2. C. de privil. dom. August. lib. 11.* Antibol. *de munerib. part. 3. §*
270 *4. n. 14.* neq; caret hac ratione, † æquitas siquidem in paribus causis paria jura desiderat, *c. un. 2. Feud. 54.* & ubi eadem ratio,

ibi

ibi idem jus esse debet, Bald. *in l. humanitatem. n. 17. C. de impub. & aliis substitut.* Postea, quod militiæ † munus, Musterung / à ne- 271
mine subditorum detractandum, *l. qui cum. 4. §. qui post. 9. ff. de re milit.* Bald. *Cons. 483. n. 4. volum. 1.* sed, quia instar juris † armorum 272
ac belli ad regalia & altam Jurisdictionem spectat, secundum Bart. *in l. observare. 2. n. 5. C. de decurion. lib. 10.* Bald. *in Rubr. de major. & obed.* R. A. de anno 1564. §. Ferner dieweil. ibi: vnd soll nochmaln ein jeder Stand Jährlichen die seinen selbst mustern. Sixtin. *lib. 2. de regalib. cap. 1. n. 15.* Reinkingk. *de regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 5. cap. 8. n. 13. & seqq.* & vigore † der Erbhuldigung domino 273
territorii, competit, ab omnibus subeundum, vel per substitutum etiam præstandum, *arg. l. nemo est. 5. ff. de duob. reis constituend.* Bald. *d. Cons. 483. n. 6. part. 1.* Knichen. *de Jure superioris. cap. 3. n. 364. & seqq. & de Saxon. non provoc. jure. verb. Ducum Saxoniæ. cap. 5. n. 574. & Encyclopæd. cap. 11. per tot.* Wehn. *in pract. Observat.* verb. Folge / Folg / Reisen / Dienst. Besold. *thes. Pract.* verb. Folg. Rulant *de commissar. part. 4. lib. 2. cap. 2. n. 4. & cap. 3. n. 9.* Regner. *d. loc. n. 28.* Mager. *de Advoc. Armat. cap. 8. n. 611. & 612.* Tandem, quod privilegiatus † contra æquè privilegiatum non utatur privilegio, 274
gloss. & Dd. *in l. assiduis. verb. licet. cum Auth. seq. C. qui pot. in pign.* Bart. *in Auth. quas actiones. n. 3. ibiq;* Jason. *n. 13. C. de SS. Eccles.* Jason. *in §. rursus. n. 56. Inst. de action.* Abbas *in c. auditis. col. 2. de restit. in integr.* Francisc. des Caldas *in l. si curatorem. verb. læsis. n. 169. C. de in integr. restit.* Covarruv. *pract. quæst. cap. 7. n. 4.* Hippol. de Marsil. *sing. 99. & 681. per totum.* Sfort. Oddus *de restit. in integr. quæst. 18. n. 31. & seqq.* Cothman. *Cons. 31. n. 13. volum. 1.* maximè † si alter de obli- 275
gatione, alter verò de liberatione certet, Bart. *in d. Auth. quas actiones. n. 3.* Capiferrat. *de mun. testium. part. 2. cap. 3. n. 50.* Pruckm. *Cons. 3. num. 83. & 85. vol. 1.* Nos *Cons. 29. n. 90. & seq. vol. 1.* in nostro verò casu utrumq; deprehendatur, dum Respublicæ, † quæ jure 276
minoris utitur & gaudet, *l. in causa. 1. C. de offic. ejus qui vic. alic. jud. vel præsid. obtin. l. Respublica. 4. C. ex quib. caus. major. l. Rempublicam 3. C. de jur. Reipubl. lib. 11.* Paul. de Castro *Cons. 37. n. 1. lib. 2.* Natta *Cons. 548. n. 19. lib. 3.* Cephal. *Cons. 40. n. 54. lib. 1.* Rol. à Valle *Cons. 37. n. 1. vol. 2.* Sfort. Oddus *de restit. in integrum. quæst. 3. n. 61. vers. in contrarium.* Poncet. *de jure Municipal. dist. 66. in princ.* & cives ultra æquũ

gravarentur, & privilegiati istiusmodi oneribus, quæ ad cives devolverent, eximerentur, quod contra omnem Justitiam &
277 æquitatem: quæ volunt, quod † nemo alterius causa molestandus, *l.1.ff.de alien.judic.mut.caus.l.iniquissimum.5.ff.de jur. & facti ignor.l.non debet.74.& l.seq. ubi* Decius *l. factum cujus.155.ff.de R. Jur.c.non debet.de Reg.Jur.in 6.* Jacob de Belviso *de prim.& secund. decret.n.29.* Johan.Bapt.Cæsar.*Cons.30.n.10.volum.1.* Matth. Coler.*Cons.20.n.23.*Cacheran.*decis.Pedemont.38.n.3.* Ancharan. *lib.1. quæst.35.n.3.*Vult.*Cons.Marpurg.17.n.45.& seqq.volum.1.*

278 Qui verò negant, dicunt: quod tale † munus personale sit, utpote quod corpori indicatur, *l.cura exstruendi.4.§.pen.ff. de*
279 *mun.& honor.* & corporali † ministerio geratur, *l.ult.§.mixta.26.*
280 *ibi: corporale ministerium gerunt.ff.eod.* & animi provisione, † & corporalis laboris intentione, sine patrimonii detrimento, præstetur, *d.l.ult.§.personalia.1.ff.d.tit.*Dn. Bocer. *in terminis de Re-*
281 *galib.cap.3.n.223.* à quo regulariter † literati & privilegiati sunt immunes, nec propterrò ad id adstringendi, *l.si qui.6.l.in honoribus.8.§.qui munus.3.ff.de vacat.& excus.mun.cum simil.passim addu-*
282 *ctis.* Deinde quod † literati & privilegiati ab hoc onere hactenus semper fuerint imunes, atq; adeò in possessione libertatis
283 immemoriali, † quæ jam vim constituti habeat, *l.hoc jure.3.§. ductus aquæ.4.ff.de aq.quot.& æstiv.*Cravet.*de antiquit.temp.part.1. §.12.& 21.* Hieron.Schurf.*Cons.39.n.14.& 16.cent.3.* atq; ideò &
284 in posterum in eâdem, † quam à LEGE habent, defendendi, *l.ult.§.ult.ff.de mun.& honor.l.immunitatem.3.ibiq;* Doctoraliter & notabiliter glossa.*verb.qui immunitatem.C.de mun.patrimon.lib.10.* Anton. Faber *in C.suo.lib.9.tit.29.defin.6.n.3.* Tum quod privilegiati nec ludibrio laicorum exponendi, nec ob conceptum odium, invidiam & insolentiam eorum, talia munera indi-
285 cenda, hæc siquidem † privatis affectibus servire & obnoxia esse non debent, *l.un.C.si propter inimic.lib.12.* Alberic.*Rubr.de muner.& honor.n.18.*Wesenbec.*Cons.40.n.64.volum.1.* & certè, si ad nutum & voluntatem insani vulgi, insolentiam & invidiam,
286 † adeòq; omnem malitiam habentis, Herodot.*in Thalia.§.123. ante fin.* ὕβριν γὰρ καὶ φθόνον ἔχων, ἔχει πᾶσαν κακότητα, procedendum, actum erit de Republica continuò, omniq; bono ordine. Unde

& ordo

& ordo ſervandus, nec ſutor Doctori, aut cerdo, quod tamen, proh pudor! hodie fieri videmus, Nobili æquiparandus, aut etiam præferendus: multum enim intereſt † inter vile opifi- 287
cium cerdorum & mechanicorum, & inter officia honeſtiſſima, ſi Senecæ *lib. 6. de benefic. cap. 17.* Anton. Winter. *in conſil. quodam Manuſcripto ad Epiſcopum Wurtzburg. de re Monetaria dato, ratione decidendi 2. in fin.* credimus. Aliàs, qui libris aſſueti, lituis, & qui linguis & literis, ligonibus eſſent adaptandi, quod per ſe & turpe, & Reipublicæ ignominioſum ſimul, & maximopere etiam damnoſum. Porrò, licet hæc onera omnibus ſubditis, quod diximus, injungenda, reſpectus tamen & ad dignitatem & merita, & ad negotiationes & utilitates, quibus vel deſtituuntur, vel participant, eſt habendus: Ne videlicet is, qui civilibus commoditatibus caret, quod injuſtum, † 288
oneribus ultra modum gravetur, ille verò qui & negotiationibus, & omnibus commodis & opibus gaudet & abundat, immunis exeat, *l. ſecundum naturam. 10. ff. de Reg. Jur. l. un. §. 4. C. de cad. tollend. l. placet. 5. l. ad inſtructionem. 7. C. de SS. Eccleſ. l. omnibus. 3. C. de vectigal. l. un. ubi gloſſ. & Dd. C. de vacat. mun. lib. 10.* Thomat. *de collect. §. exactio. n. 10.* Joſeph. de Ruſtic. *ad l. cum avus. lib. 5. cap. 1. n. 18. ff. de condit. & demonſtr.* Roland. à Valle *Conſ. 68. n. 11. vol. 1.* Enenckel. *lib. 1. de privil. milit. cap. 9. n. 20.* aut certè non pro modo facultatũ & cõmodorum onera ferat, ſed eorum non minimam partem innocenti & privilegiato proximo transſcribat, cum tamen trita regula Juris extet, quod in † uno gravatus, in alio ſuble- 289
vari debeat, ne duplici afficiatur onere & pœna, *vulg. l. ex facto. 43. §. Julius 3. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. navis. 4. l. navis. 6. in fin. ff. ad L. Rhod. de jact.* Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. verb. Jus. cap. 5. n. 87. & ſeq.* neve ex alieno fletu riſus concilietur, *c. peſſtis. de privil.* aut ex re † calamitoſa emolumentum capiatur, *l. ſi quando. 1. C. de* 290
naufrag. lib. 11. Knichen. *d. loc. verb. Electorum & ducum. cap. 5. n. 160. & ſeqq.* Althuſ. *de pan. cap. 2. n. 167. & ſeqq.* & tales perſonæ, tam quod † negotiationes non exercent, & commodis non fruun- 291
tur, quam ratione dignitatis & ordinis privilegiis gaudent, & perſonalib⁹ oneribus eximuntur, *l. medicos. 6. C. de profeſſ. & med. lib. 10.* Tiraquell. *de Nobilit. cap. 29. n. 15.* Weſenbec. *Conſ. 40. n. 33. & ſeqq. vol. 1.* Gutierrez. *lib. 1. pract. quaſt. 23. per 101.* Pfeil. *Conſ. 197. n. 9. vol. 2.*

*vol.2.*Cothman.*Conſ.Acad.14.n.72.* Dn.ſocer Harpprecht.*Orat.*
292 *22.§.donantur quoq; advocati.pag. 483.* negotiationibus enim † & commodis deſtitutos & excluſos, privilegiis & immunitatibus atq; exemtionibus etiam privare, aut ſupra modum gravare velle, nimis eſſet indignum, Eccleſiaſt. *4.verſ.3.l.Divus.14. ff.de offic.præſid.Auth.navigia.C.de furt.c.1.de cleric.ægrotant.*Luc.de Penna *in l.2.quæſt.11.in fin.C.qui morb. lib. 10.* Roland. à Valle *Conſ. 66.n.51.volum.1.* Alia verò ratio eſt eorum, qui, quamvis, ut Phi-
293 loſophi † & literati, pecuniæ contemtum præ ſe ferunt, eam tamen anxiè anhelant, *l.in honoribus.8.§.Philoſophi.4. ff. de vacat. mun.l.præſes.1.§.an Philoſophi 4.ff.de extraordin.cognit.*& vel fœnus
294 exercent, † vel cereviſiam & vinum vendunt, vel etiam, inſtar cauponum, ruſticorum nuptias, lucri cauſa, præter ordinis decorum, ſuis ſumtibus promovent, *c.fin.de vit.& honeſt.cleric.l.& qui.3.§.his qui.1.ff.de mun.& honor.l.nobiliores.3. C. de commerc.& mercat.*Frider.*lib.2. de mandat. cap. 45.n.16.* Rövenſtrunck.*Conſ.* **von Anlagen**.*n.101.* & non raro, contra conſcientiam, annonam etiam flagellant: hos enim omnes omnibus ſubjugamus oneribus, nec ullis privilegiis aut favoribus dignos judicamus, *l. munerum.18.§.ſed & eos.23.ff.de mun.& honor. l.qui ſub prætextu.9. C.de SS.Eccleſ.*Cothman.*reſponſ.Academ.14.n.27.& reſponſ.21.n.2. & ſeqq.*

Et licet privilegiati & literati ob invidiam hanc ſibi gratulari, & felicitatem ſuam exinde magnificare deberent, per-
295 pendentes, quod ſatius ſit, invidioſum, † quam miſerabilem eſſe, σὺ δὲ μαθὼν, inquit Herodotus, *in Thalia. §. 115. in fin.* ὅσῳ φθονέεσθαι κρέσσόν ἐστι, ἢ οἰκτείρεσθαι. cui paria Plautus *in Truculento Act. 4. Scen.2.verſ.30.& ſeqq.*

Mavelim mihi inimicos invidere, quam me inimicis meis,
Nam invidere aliis bene eſſe, ſibi male eſſe miſerum eſt,
Qui invident, egent: illi, quibus invidetur, rem habent.

Et Anulus *in picta poëſi, Emblem.*Invidioſum quam miſerabilem eſſe præſtat.*fol.mihi 87.*

Ex utroq; malo minus elige: qui ſapit, optat
Invidioſus (enim) *mage, quam miſerabilis eſſe.*

Delrio *in Thyaſte Senecæ verſ.580.* Claud. Protejus *lib. 5. regular. Jur.tit.3.cap.3.*

Invi-

Invidus (quippe) *invidiâ comburitur intus & extra,*
Invidiosus ego non invidus esse laboro:

Thomas de Aquino *2.2.quæst.36.art.1.* Azor.*tom.3. Inst. moral. lib. 2.cap.22.* Wehner.*in præfat.tom.6.Symphorem.*

Tamen hodie ita comparatum est, ut,

Cur Musæ † muta, nostraq; fama fames. 296

non ob felicitatem, sed vel inopiam, vel liberalia sua studia, quorum ignorantes † osores sunt, Wehner. *in Metamorph.* 297
Rerumpubl. cap. 2 in fin. Dn.Georg.Christoph.Walther.*de stat. & Jurib.Doct.cap.11.§.60.* invidiâ laborent, quam proinde manibus pedibusq; propulsare debent: quod ut eò melius possint contra objecta tela convenientia ipsis subministrabo scuta. Primum autem repellitur per inficiationem: & negatur major: Nullo modo enim inter † arma silere leges, sed inter eadem 298
quoq; ut rectè Imperator Titus dixit, Enenckel.*lib. 1. de privileg. milit.cap.9.n.7.* & eò plus valere & insurgere debent, quo sæpius & gravius delinquitur, & pestilentissimæ omnium vitiorum, quam dixit Erasmus, colluviei non solum, sed & aliis, in tantis turbis & confusionibus, existentibus libertinis & sceleratis hominibus legitimè occuratur, & omnia vitia † refrenentur, 299
arg.l.aut facta.15.§.fin.ff.de pœn. Neq; improbatus abusus, aut † non-usus earum, Damhauder. *in praxi Crimin.cap.147.n.7.* 300
Bart.& Angel.*per l.hæc autem jura.6.ff.de servit. urb. præd.* Caballin. *in milleloq.25.n 1.*Knichen.*de Jure territ.cap.3. n. 461. & de Saxon.non provoc.jur.verb.Jus.cap.3. n. 22.* propter coactum justitiũ eas statim abolet, aut omninò tollit. Knichen.*d.loc.* Et sanè, licet corporali labore literati † Reipublicæ non inserviant, nec 301
lustrationibus & delectibus intersint, ob sie schon nicht in dem Außschuß seyn/ vnd zur Musterung kommen/ consiliis tamen sæpè sanis, & paternis admonitionibus plus commodi, quam centum armati, adferunt, Proverb.*24.vers.5.*Ecclesiast.*7.vers. 20.* ut namq; milites arma † magis quam jura, ita hos literas 302
melius quam arma scire sacratissimus legislator voluit, *l.scimus.22.in princ.C.de jur. delib.* Scipio Gentilis. *lib.2.parerg. cap.23.* & proinde non tam rigorose, in totius ordinis ignominiam & dedecꝰ, ad ejusmodi onera compellendi sunt literati, cumprimis cum tantum numerum non faciant, nec tres aut quatuor,

303 qui tamen, necessitate, † quæ semper excepta, postulante, per se promti erunt ad arma, hostem propellent, *l. alienationes. 13. ff. fam. hercisc. l. pater filium. 38. in princ. ff. de legat. 3. l. interdum. 1. ff. de fund. dot. l. ut gradatim. 11. §. quoties. 2. ff. de mun. & honor.* Cravet. *Cōs. 6. n. 91.* Roland. à Valle *Cons 81. n. 34. vol. 1.* Regner. Sixtin. *Cons. 12. n. 9. volum. 2. & lib. 2. de Regal. cap. 7. n. 62. & seqq.* Secundum quoq; nullarum est virium: Utilitati enim publicæ maximè convenit, literatos esse immunes, quò multi eorum exemplo
304 † ad literas invitentur, qui aliàs studia relinquerent intacta, unde intolerabilis facilè emergeret barbaries, Lucas de Penna *in l. per singulas. 3. in princ. C. de discussorib. lib. 10.* Cothman *respons. Academ. 14. n. 77.* Et poterit provincia absq; his, Deo dirigente, defendi, licet leges sanæ & bonæ consuetudines uno ictu non subruantur, sed quivis in suis privilegiis relinquatur, & hic sibi maximè locum vindicat regula naturalis æquitatis, per quam
305 conceditur, ut ab aliquo fiat † aliquid, quod ipsi prodest, & alteri non nocet, *l. in summa. 2. §. item Varus. 5. vers. quanquam. ff. de aqua & aq. pluv. arcend. l. in creditore. 38. ubi* Bald. *ff. de evictiòn.* Casp. Caballin. *de evict. §. 4. n. 27.* Vincent. Caroc. *de oblat. part. 2. quæst. 32. n. 1.* Molin. *de commerc. & usur. n. 340.* Heig. *part. 1. quæst. 28. n. 28. & quæst. 38. n. 45. & seqq.* Regner. Sixtin. *lib. 2. de Regal. cap. 3. n. 74.*

In tertio, dum sacra obiiciunt, eorumq; usum invident,
306 Lyciæ † rusticos multis modis superant, qui Latonæ tantum aquas prohibebant, & ob id

———————— quoq; turpes
Litibus exercent linguas: pulsoq; pudore
Quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant.

Ovid. *lib. 6. Metamorphos. fab. 4. circa fin.* Nec memini me unquam audivisse, aut legisse, ob sacrorum usum, utpote quæ
307 gratis † accepta, & gratis quoq; danda, Matth. *10. vers. 8.* Pruckman. *§. soluta potestas. memb. 2. effect. 7. n. 84.* ulli hominum vel minimum impositum fuisse onus, unde, &, (quapropter etiam
308 † erubescere deberent, *l. si verò. 64. §. de viro. 9. ff solut. matrim. l. si servum. 71. §. non dixit prætor. 5. ff. de acquir. hered. l. 1. C. quomod. & quando judex. Nov. 18. cap. 5. in princ.* Frider. *lib. 1. de process. cap. 30. n. 3.* Festas. *de collectis & æstim. part. 4. cap. 2. n. 76.*) sine ratione & lege loquen-

loquentes meritò reiiciuntur, cum quod lex † non dicit, nec 309
nos dicere debeamus, *l. de pretio. 8. ff. de Publ. in rem act. l. illam. 19.*
C. de collat. Nov. 1. §. consideremus. Corac. *lib. 2. comm. opin. tit. 3. n. 121.*
Scheurl *Baro in viridar. conclus. 110.* Vult. *Cons. 34. n. 148. volum. 3.*
Knichen. *de Vestitur. pact. lib. 1. cap. 3. n. 26.* Melius sanè Ethnici,
qui profanos † tantum sacris arcebant, prout ex formulis eo- 310
rum videre est, Virgil. *lib. 6. Æneid.*

——— procul ô procul ite profani,
Exclamat vates, totoq; absistite luco.

Barnabas Brisson. *lib. 1. de formulis & solemnib. statim à princ.* &
Christiani Christianos non admittant, aut talia invideant?
cum tamen non minimum à privilegiatis ipsis inferatur in-
commodum, sed ipsi saltem, quod sui est officii, præstent, † 311
nec horum causa vel tantillum graventur, *c. non debet. de Reg. Jur.*
in 6. l. iniquissimum. 5. ff. de jur. & facti ignor. l. omnibus. 1. ff. de alienat.
judic. mutandi causa. l. factum cuiq;. 155. ff. de Reg. Jur. Vult. *Cons.*
Marpurg. 18. n. 113. volum. 3. Quod verò militiæ munus à nemi-
ne detrectandum, sed vel per substitutum etiam præstandum,
sano sensu accipiendum est: ne primò quis, contra sua privile-
gia, alterius, etiam correi, *l. mora. 32. § fin. ff. de usur.* causa grave-
tur, *d. l. factum cuiq;. 155. l. non debet. 74. ff. de Reg. Jur. l. sancimus. 22.*
C. de pæn. c. compromissarius de elect. in 6. Cravet. *Cons. 696. num. 2.*
Goedd. *Cons. 24. n. 69. volum. 1.* Enenckel. *lib. 1. de privileg. Jur. Civil.*
cap. 12. n. 15. & seq. ne & deinde † personale munus in patrimo- 312
niale transmutetur, quod facilè tali ratione fieri posset, mu-
nus † namq; in exercitum mittendi non personale, sed patri- 313
moniale esse, vel ex eo evincitur, quod sine pecunia non expe-
diatur, *Nov. 8. cap. 10. ibi: & non possunt citra pecunias hæc agi.*
Nemo verò suis † sumtibus militare cogatur, *1. Corinth. 9. vers. 7.* 314
c. cum ex officii. de præscript. l. navarchorum. 6. C. de navicular. lib. 11. l.
suo victu. 18. in fin. ff. de oper. libert. Cæsar Lambertin. *de iur. patronat.*
lib. 3. quæst. princ. 2. art. 11. in princ. Nicol. Corb. *in pract. practic. lib. 3.*
cap. 1. n. 81. Petr. de Ubaldis *in terminis de collectis. n. 14.* Guilielm.
Redoan. *de spol. Ecclesiast. quæst. 9. §. fiet ergò. n. 32.* Luther. *tom. Witte-*
berg. 6. fol. 291. §. Wie hoch aber dein Lohn zu schätzen. Ayrer. *in pro-*
cess. Historic. lib. 1. cap. 1. Obs. 7. n. 11. Pruckman. *Cons. 30. n. 42. & seq.*
volum. 1. & quod quasi pro capite imponatur, † unde & ejus 315

ſumeret naturam, & omnium par eſſet ratio, *§. illud expeditum eſt. Inſt. de ſociet. l. in duobus. 28. §. 1. ff. de jurejur. l. ſecundum. 10. ff. de Reg. Jur. c. qui ſentit. de Reg. Jur. in 6.* Bart. *in l. ſi ſe non obtulit. 4. §. 1. n. 3. ff. de re judic.* Bald. *ad l. etiam. 5. n. 29. C. de execut. rei judic.* Göden *Conſ. 34. n. 30.* Gail. *lib. 2. Obſ. 52.* Bocer. *de Regal. cap. 3. n. 223.* Ultimum telum eſt inane, & nihil ſtringit. In toto namq; Jure, ne jota quidem invenies, quod cives luſtrationis & delectus oneribus,
316 † quæ perſonalia & connexa ſunt der Erbhuldigung / ut modò diximus, eximat, *l. hi qui. 6. & l. in honoribus. 8. §. qui muneris. 3. ff. de mun. & honor. l. incola. 29 l. incola. 34. ff. ad Municipal. l. ab honoribus 2. C. de mun. & honor. lib. 10.* Alberic. de Roſat. *de muner. & honor. n. 14.* Antibol. *de Muner. part. 2. n. 7. & part. 3. § 3. n. 9. & ſeqq.* Caſpar Calderin. *Conſ. 448. aliàs de cenſibus. 6.* ubi tamen ſingulari-
317 ter notandum, † principem dum homagium à ſubditis ſuis exigit, promittere viciſſim ipſis aut jurejurando, aut fide data, bey Fürſtlichen / Gräflichen / Adelichen Ehren / Trawen vnd Glauben / ſe illorum, & totius principatus &c. libertatem & jura, ſarta tecta conſervaturum, *c. intellecto. 33. ubi* Bald. Abbas & alii *de jurejur.* Boc. *de Regal. cap. 4. n. 44. §. has opiniones omnes.* quinimò etiamſi non promitteret, præſumeretur tamen, quod ſubditos in eo ſtatu, quo reperit, conſervare velit, gloſ. *in l. Lucius 21. §. fin. ff. ad Municipal.* gloſ. *in l. moveor. 4. C. ſi ſerv. export. ven.* Johann. de Platea *in l. neminem. 64. in fin. C. de decurion. lib. 10.* Bald. *Conſ. 318. col. 1. volum. 3.* Johann. Faber *in §. ex non ſcripto. Inſt. de Jur. N. Gent. & Civil.* Laur. Sylvan. *Conſ. 1. n. 27. volum. 1.* Roland à Valle *Conſ. 1. n. 104. vol. 1.* Gylman. *tom. 1. Symphorem. part. 1. vot. 2. pag.*
318 *271. §. princeps debet ſubditos.* ad quod † etiam ultrò & ſimpliciter tenetur, *l. cum proponas. C. de pactis.* Reinkingk. *de regimin. ſecul.*
319 *& Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. cap. 3. n. 8.* Deinde diſparata ſunt † Reſpublica & cives, & quod cives debent Reſpublica non debet, & contra, *l. ſicut municipum. 7. §. ſi quid univerſitas. 1. & ibi* Gothofred. *in not. ff. quod cujusq; univerſ. nom.* Cagnol. *in l. aliud eſt. 160. §. refertur. 1. n. 14. ff. de Reg. Jur.* Gilken. *ad §. univerſitatis. n. 14. Inſt. de rer. diviſ.* Ferrar. *in form. lib. ſuper. act. hypothec. n. 8.* Gylman. *tom. 1. Symph. part. 3. tit. 7 ſupplic. 22. n. 49. & 82.* Coler. *part. 2. de proceſſ. executiv. cap. 3. n. 356.* Jacob. Schultes *in addit. ad* Modeſtin. Piſtor *part. 2. quæſt. 134. n. 20,* Göden *Conſ. 34. n. 26.* Dec. *Conſ. 61. n. 2. & 3.* Cravet. *Conſ. 21. n. 8.*

n.8.& Cons.190.n.10.Cephal. Cons.515.n.33.& seq.vol.4. Roland à Valle Cons.53.n.6.& seq.vol.4. Johann.Vincent. Handed. Cons.86. n.11.vol.1.Pruckman.Cons.30.n.5.vol.1.à disparatis † autem malè 320
infertur, l.Papinianus exuli.20.ff. de minorib.l.fin. ff. de calumniat.l. cum maritus.10.C.de donat.int.vir.& uxor.Wes.Cons.74.n.31.& 51. volum.2 Barnab. Cornazzon.decis.7.n.ult.Festas.de æstim.& collect. part.4.cap.2.n.41.Petrus Wesenbec.Cons.10.n.6.& 28.Tib.Decian. Cons.1.n.95.vol.4.Altorfiens.Cons.35.§. vñ ob man sagen wolte vers. so were doch darauff.Enenckel. lib.2.de privileg.milit.privil.16.n.82
& ubi diversa ratio † ibi diversitas juris progignitur,juribus vulgatis,arg.l.aut facta.16.ff.de pæn.l.ut responsum.15.C. de transact. Decius in l precibus.n.4.C.de impub.& aliis subftit. Menoch. Cons.50. n.2.vol.1.Joseph.Ludov.decis.Lucens.44 n.61.& seq.Petr.Sanz à Morquecho lib.2.de divis.bonor.cap.15.n.51.Reinkingk.de retract. consanguinit.quæst.2.n.367. Nos Cons.66.n.461.volum.3. Tum nullam læsionem cives prætendere possunt, dum , quod debent, præstant : Non entis † autem nullæ sunt qualitates , & quod 322
caret substantiâ, caret etiam accidentibus,Bald. in l.cum oportet. n.18. circa fin. C. de bon.quæ liber. Jason. in proœm.n.3.Inst.de action. Cothman.Cons.10.n.257.vol.5.Reinkingk.d.loc.n.349.& seq.Neq; verò privilegiati,se eximentes,civibus molesti aut injurii sunt, siquidem jure suo tantum utuntur competenti : qui autem jure suo utitur,† alteri injuriâ non facit, l.Proculus.26.ff.de damn. 323
infect.l.nullus videtur.55.ff.de Regul.Jur.c.cum Ecclesia.31 de election. Cephal.Cons.150.n.25.Gail.lib.2.Obs.69.n.11.& Obs.101.n.7.Goedd. Cons.Marpurg.28.n.180.volum.2.licet in consequentiam damnũ † 324
aliquod eidem inde exorietur, l.injuriarum.13.§.is qui.1.ff. de injur.l.cum eo.8.l.cujus officium.24.ff.de serv.urban.præd.l.si cui aqua.1. §.denique.23.ff.de aq.& aq.pluv.arcend. Arnulphus Ruzæus de Jure Regal.privileg.48.n.6.Claud.Pratejus lib.6. de regul.Jur.tit. 4.cap. 4.in fin.Cravet.Cons.406.n.8.Johann.Oldendorp. Cons.Marpurg. 5.n.2.& 11.volum.2.Pruckman.Cons.12.n. 297. volum. 1. JCti Marpurg. apud. Rovenstrunck. num. 265. Nos Cons. 62. num. 87. volum.3.

CAPUT. II.

De Muneribus Patrimonialibus Ordinariis.

Summaria.

1 *PEcunia Reip. & patrimonii robur & nervus.*
2 *Necessitatis præsidium.*
3 *Atq; fidejussor & vita hominis est.*
4 *Pecunia defectus eorundem tabes & morbus est.*
5 *Ei obediunt omnia.*
6 *Et per eam omnia æstimantur & administrantur.*
7 *Patrimonialia munera sunt, quæ ob patrimonia præstantur, & sumtibus patrimonii expediuntur.*
8 *Et non tam ob valorem rei, quam secundum reditum,* nach dem Ertrag/ *imponuntur.*
9 *Commoda fructuũ percipiens, onera subit.*
10 *Et secundum fructus, non bona, munera præstant.*
11 *Magis enim onera fructuum, quam proprietatis, ejusmodi onera sunt.*
12 *Fructus percipiens, & possidens onera præstat, licet alius sit in æstimo.*
13 *Deductis tamen prius expensis.*
14 *Res quævis cum sua causa, onere, & vitiis transit.*
15 *Præsens tamen non prius tempus respectu fructuum, observandum.*
16 *Auctis bonis major, diminutis minor collecta solvitur.*
17 *Hinc justa relevandi causa est, si quid discedit, aut calamitas quædam accedit.*
18 *Exigitur autem in signum subjectionis, jurisdictionis, imperii & Dominii. n. 93.*
19 *Præcipuumq; principis Jus concernit.*
20 *Et sunt patrimonialia onera vel ordinaria vel extraordinaria.*
21 *Utraq; verò ratione patrimonii indicuntur.*
22 *Ordinaria sunt, quæ vel præscripto modo, singulis annis solvuntur.*
23 *Vel non quidem quot annis, certâ tamen lege in certos casus, constituuntur.*
24 *Vocanturq; modò tributa.*
25 *Modò indictum & indictio, & Canonicum nomen.*
26 *Modò Canonica tributio.*
27 *Modò Collatio.*
28 *Modò collectæ & census.*
29 *Modò Berna & Ursus.*
30 *Proverbium* einen Beeren anlegen/ *unde*
31 *Et apud Egranos,* der Beer brummet.
32 *Ordinaria stata semper solvenda, nisi major vis impediat.*
33 *Et vacantur,* Schatzung/Stewer.
34 *Ordinaria legis, non nisi necessitatis tempore solvuntur.*
35 *Vocanturq;* Anlag/Beyhülff.
36 *Et degenerârunt hodie in stata. n. 44.*
37 *Exorbitans licentia in legem mutatur, & rarò in melius.*
38 *Periculosum est, Canem gustâsse exta.*
39 *Omnia mala exempla ex bonis initiis nata.*
40 *Preces superiorum leges & præcepta sunt.*
41 *Ducum rogare est species violenta precandi,*
42 *Et orantes mandata dant.*
43 *Ex* Bethen *factum* gebieten / *ex* Betþe gebeht.
45 *Dicitur &* Beth *annuus census, ex frumento, vaccis, gallinis.*
46 *Dicunturq;, licet ordinaria, etiam extra ordinem imponi, & quomodo.*
47 *Hospitis & militis receptio & sustentatio onus patrimoniale est. n. 57.*
48 *Æqualitas exacta inter omnes observanda.*
49 *Onus aliorum ad alios deferri non debet.*

50 *Nec*

50 Nec quis alterius causa damno afficiendus.
51 Officiales queq; tali munere onerandi, ne, ipsis cessantibus, alii graventur.
52 Beneficium, cum alterius injuria, non est postulandum,
53 Nec cuipiam in alterius injuriam tribuendum.
54 Damno alterius nemo lucrum sentiat.
55 Privilegium nullum ab onere hospitis eximit.
56 Se eximens & alium gravans, exemtione excidit, & praeterea, si non privilegiatus, punitur.
58 Munus hospitis rei indicitur propter rem.
59 Commoda qui sentiunt, & negotiationes exercent, Brewen vnd Schencken/ onera talia ferre tenentur. n. 67.
60 De proprio, & quod seritur, lucrum facere licet.
61 Negare cibum tormenti species est.
62 Literati & nobiles oenopolia &c. exercentes ad onera tenentur.
63 Onera enim propter commoda imponuntur.
64 Opifices & mechanici suas contributiones speciosè in labores suos computant.
65 Iniquum est, innocentes pro nocentibus plecti.
66 Gravatus & afflictus non amplius gravandus.
68 Ædes oppidanae, so zu Burgerrecht ligen/ oneribus subjacent.
69 Si praesertim possessores earum annuas pensiones ex eis percipiant.
70 Ædes privilegiatae eximuntur.
71 Commissarii metatorii contrafacientes in 50. libras auri damnantur.
72 Siq; eorum διαφθορία constat juxta l. per aquateres. 6. C. de censib. plectuntur.
73 Vel L. Julia de vi publica conveniuntur.
74 Aut arbitrio judicis puniuntur.
75 Magistratui loci Jus hospitii assignandi competit, non militi.
76 Knechtgeld quid sit.
77 Ædes literatorum, quamvis ipsi, necessitatis tempore, aliquid erogarent, liberae esse debent.
78 Commissarii non corrigentes, infamiâ notantur.
79 Ordinaria munera vel publica sunt, vel privata.
80 Publica, Römerzug/ Türckensteuer/ respiciunt publicam utilitatem.
81 Et quomodo.
82 Haec quivis praestare tenetur, modò in ea consensum, & desuper deliberatū. n. 115.
83 Nec Papa eximitur.
84 Collecta ad coronam Romae reportandam resecanda.
85 Nec omnipotentia Papalis aestimanda.
86 Licet Pontifices eam valde propugnent.
87 Axioma Imperii ad Electores pertinet.
88 Papalis inauguratio ad imitationem populi Hebraei orta.
89 Coloniensis coronat Imperatorem.
90 Collatio ad conservandum Imperii regimen & Camera judicium instituta propaganda.
91 Eam denegans, nec in conscientiâ tutus.
92 In contemtum principis faciens crimen Majestatis incurrit.
93 Tributa solvuntur in recognitionem obedientiae & dominii.
94 Jus regis est, ut à regno alatur, & quidem pompa regali.
95 Collectas Imperiales Status ex suo marsupio primitus solvebant, & cur.
96 Quod scilicet ordinarias indictiones à subditis acciperent.
97 Hodie à subditis exigere licet.
98 Nec tamen ultra, quam quod Imperio dependitur.
99 Matricula quid sit, remissivè.
100 Collecta Imp. per as & libram.
101 Aut pro modo possessionis soli & praediorum, quae Iugatio dicitur.
102 Quandoq; etiam per fumantes, & quando.
103 Nec non Capitationem.
104 Quae gravissima, nec facile admittenda.
105 Imponuntur verò pauperibus simul & divitibus.
106 Pauperibus quid?

166 *Bartoli vestigia adorat Jason.*
167 *Eum* δικαιομάχον *vocat Cujacius.*
168 *Imperatoremq; in suo repraesentant.*
169 *Et de eminentia totius participant.*
170 *Et proinde collectas indicere possunt.*
171 *Nomen Status Imperii inane esse non debet.*
172 *Nec ratio dari potest, cur civitates liberae talibus Juribus careant.*
173 *Aequiparatorum idem est judicium.*
174 *Majus cui licet, minus non est prohibitum.*
175 *Civitates Imperiales Religionem mutare possunt & quando.*
176 *Prohibitio ubi abest, ibi culpa considerari nequit.*
177 *Frustra petitur quod habetur.*
178 *Et legibus permittitur.*
179 *Injustitia mandati omne vinculum obedientiae solvit.*
180 *Princeps contra pacta & fundamentales leges venire non debet.*
181 *Liberae & Imperiales civitates hodie pari jure habentur.*
182 *Et, ut principes, suam libertatem ab Imperatoribus habent.*
183 *Versus Dithmari.*
184 *Petitio principii omnia infringit argumenta.*
185 *Exempli causa subjecta alia non excludunt.*
186 *Territorialis potestas differt à regali.*
187 *Jus principale non à principe, sed principis jure dicitur.*
188 *Eadem res diversas denominationes admittit.*
189 *Civitates liberae cum Tuscia civitatibus comparantur.*
190 *Summi etiam principes Imperatorem recognoscunt.*
191 *Imperio servire libertas est.*
192 *Nobiles sunt vel Mediati vel Immediati.*
193 *Mediati sunt qui principi aut statui subsunt, & dicuntur* Landsassen *n. 239.*
194 *Correlativa sunt* Landfürst und Landsaß.
195 *Tales sunt in Bavaria, Saxonia Misnia, Thuringia, Hassia.*
196 Landfürst *habet Jus speciale,* Landrecht/Hofgericht.
197 Landsfürstliche Obrigkeit / *toti territorio adhaeret.*
198 Landsaß *duplex praestat juramentum, & propter rem feudalem & propter subjectionem.*
199 *Illud quando.*
200 *Hoc quando.*
201 Landsassii *alii obediunt principi, & dicuntur* Cantzley oder Schrifftsassen.
202 *Alii Toparchis, & dicuntur* Ampts-sassen/
203 *Habent tamen & hi viros & pagos cum Jurisdictione concessos.*
204 *Deficiente causa deficit effectus.*
206 *Possunt etiam exigente necessitate, charitativum à subditis petere.*
207 *Necessitas illicitum facit licitum.*
208 *Non servat leges.*
209 *Et subditorum arculas effringit.*
210 *Immediati sunt qui immediatè Imperio subsunt. n. 211.*
211 *Et principibus non nisi feudorum respectu obligantur.*
212 *Et dividuntur in tres classes, Franconicam, Suevicam & Rhenanam.*
213 *Equites Franci in sex vicissim loca dispescuntur, & quomodo.*
214 *Suevi in quinq; quaterniones* in fünff Quartier/ *Rhenani in duos.*
215 *Et habet quilibet suum Capitaneum.*

279

pto.6.§.sciendum.3.& seqq.l.ult.§.patrimoniorum.18. & § patrimoniorum.21.ff.de mun. & honor.l.forma.4.§.1. ubi Bart.*ff. de censib.* Oldrad. *Cons.169.in fin.* Federic.de Senis *Cons.151.n.3.* Alberic.de Rosate *de mun.& honor.n.16.* Guil.de Cun. *de mun. n.13.* Antibol. *de Muner.part.2.n.11.& part.3.§.2.n.6.& §.4.n.3.* Thomat.*§.molestia.n.4.§.exactio.n.10.& 31.& §.exposuimus.n.24.* Carol.Tapia *in Rubr. cap.4.n.37.ff.de constit.princip.* Petr.Gregor.Tholos.*lib 3 de Republ. cap.4.n.8.* Bocer.*de Regal.cap.3.n.225.* Cardin.Tuschus *tom 5 pract. conclus.120.n.1.lit.O.* & non tam † ob valorem rei & modum pos- 8
sessionum,*l.fin.§.patrimoniorum.21 ff.de mun. & bon. l.fin. C. quem. civil.mun.indic.lib.10.l.in fraudem.7 C.de annon.& tribut.lib.10.* Antibol.*de muner.part.3.n.126.& §.2.n.13.* quam secundum reditum, Nach dem Ertrag/imponuntur, *l in his. 2. C. de prad. & omnib. aliis reb.navicular.lib.11.l.si pendentes.27.§.si quid.3 ff. de usufruct. l. fine.31.§.Lucius 6 ff.de admin.tut.* Roman.*in l.inter quos.39.§.damni 2.ff.de damn. infect.* Thomat.*d.loc.§.exactio. n. 6.* Regner.Sixtin. *lib.2.de Regal.cap.14.n.146.& seqq.* sic, ut qui † commodum fru- 9
ctuum percipiunt, onera munerum subire debeant, Bald. *in l. etiam.5.C.de execut.rei judic.* Panormit.*in c. postulasti. de for. compet.* Cardin.Zabarella *in Clem. 1. de censib.* Martin. Laudens. *de fisco. quaest.75.* Thomat.*d.loc.n.6.* & gravissimè peccant † qui bonorum 10
æstimationem, & non fructus sequuntur, cum nihil iniquius quam si collecta secundum hanc æstimationem, & non pro fructuum quantitate exigatur, *l. forma.4.§.illam aequitatem.1.ff.de censib.l.fructus.13 C de act.emt.l.vacantes.1.C.de annon.& tribut. lib. 10.l.fin.ubi* Bart.& Salicet.*C.sine censu.l.in his.2.C.de prad.& omnib. al.reb.navicular.lib.11.* Cravet. *Cons.812.n.6.* Anton.Faber.*in Cod. lib.9. tit.29.defin.21.* Wesenbec.*Cons.103.n.15.* Garzia *de expens. cap. 11.n.45.* Magis siquidem † onera fructuum, quam proprietatis 11
ejusmodi onera sunt,*l.neq. stipendium.13.ff.de impens.in res dot.fact. l.usufructu.7.& d.l.si pendentes.27.§.si quid.3 ff.de usufruct.d.l.forma 4.§.in servis.5.ff.de censib.l.censualis.7.C.de donat.l.ult.C.sine cens.vel reliq.fund.comp.non poss.l.fructus.13.C.de act.emt.l.et quidem 2.in fin. cum l.seq.C.de annon.& tribut.lib.10.* Wesenbec.*Cons.103.n. 22. vol. 3.* Menoch.*Cons.9.n.15.& seq.vol.1.* Cothman.*Cons.11.n.165.volum. 1.* Diaz.de Mena *pract.quaest.21.n.6.* Alba *Cons.40.n.17.* Rol.à Valle *Cons.66.n.29.vol.1.* Cravet,*Cons.497. n. 5.* Camill. Borell. *Cons.63. n.23.*

n.23. Tessaur. *decis.116.n.5.* Regner. Sixtin. *lib.2. de Regal. cap.14.n.76.*
12 *& seqq.* Unde & possidens fructusq; suos † faciens, deductis ta-
13 men prius † expensis, *l. fundus.50.ff. fam. hercisc. l. quod in fructi-bus.46.ff. de usur. l. fructus.7.ff. sol. matrim. l. hoc fructuum.1. Cod. de fruct. & lit. impens.* Valasc. *de Iur. Emphyt. quæst.17.* Garz. *d. loc.* Domini Marpurg. *Cons. de contribut. singulari. n.485.* ea præstat, licet alius in æstimo adhuc reperiatur, *l. fin. ubi* Bald. & Salicet. *C. sine cens. vel reliq.* Alexand. *Cons. 148. n. 8. vol. 6.* Cravet. *Cons.497.n.5.* Thomat. *d. §. exactio. n.6.* Festas. *de æstim. & collect. part.2 cap.1.n.37.* Gratian. *decis.20.n.4.* Valasc. *d. loc. n.2.* Marpurg. *d. loc. n 488.* R. A.
14 de anno 1594. §. Demnach dann. Res † enim quælibet cum sua causa, onere, & vitiis transit, *l. rescripto.6. ubi* Bart. & Jason. *ff. de mun. & hon. l. cum manu sata.80.ff. de contrah. emt.* Innocent. *in c. verum. de for. compet.* Hostiens. *in summa de immunit. Eccles.* Thomat. §. *exactio. n.31. & 43.* Johann. Matth. consul. Tangermund.
15 *de contribut. cap.6.n.48.* Ita tamen, ut † non antiqui status, sed præsentis temporis ratio, sive minores, sive majores fructus præsenti tempore sint, quam antea, habeatur, post Sylvanum Bursat. *Cons.186.n 4* Jul. Cæsar. Bulemger. *de vectig. pop. Roman.*
16 *cap.2. ante fin.* ubi etiam spectandum, an bona † aucta sint, an diminuta, & de auctis major, de diminutis verò minor portio solvatur, *l. si merces.25.§. vis major. 6. ff. locati. l. licet 8. C. eod. c. propter sterilitatem. eod.* Antibol. *de muner. part.3. §. 2. n. 55. & seqq.* Johann. Ferrar. Montan. *lib.6. de feud. cap.5. vers. & eam ob causam.* Gail. *lib.2. Obs.21.n.14.18. & seq.* Rutger Rulant, *de commissar. part.*
17 *4. lib.2. cap.6.n.77.* atq; hinc justam † causam relevandi esse, si quid de bonis discesserit, aut insignis quædam calamitas accesserit, R. A. de anno 1548. §. vnd demnach solche. verbis: Wo ein Stand nach vorigen beschehenem Anschlag von etlichen seinen Landen vnd Leuten kommen/ oder jhm vielleicht das seine genommen were/ oder sonsten etwa andern seine Landschafft übergeben vnd zugestellet hätte/ oder was dergleichen Fäll vnd erhebliche Vrsachen aller anderer voriger Anschläg halber seyn möchten/ dergleichen wo jemand dermassen Vnfall vnd Vnglück mittler Zeit were zugestanden/ dardurch er in solche Beschwerung vnd Vnvermögen kommen/ das er billich im Anschlag soll geringert werden. Joseph. de Sese *decis. Regni Arragon.7.n.5. tom.1. & decis.129.n.4. & seq.*

seq.tom.2. Regner. Sixtin. *d.loc.cap.14.n.142. & seqq.* Vultei. *Consil. Marpurg.15.n.189.volum.1.* Philipp. Zorer. in seinem Bedencken. *quæst.11.n.824.* Exiguntur † verò in signum & recognitionem 18
subjectionis, jurisdictionis, imperii & dominii, Thomat. *de collect.§.subiiciunt.n.19.* Caballin. *in Ægidian.lib.1.cap.17.n.1.* præcipuumq; † Principis jus concernit, *l.nulli.28.Cod.de Episcop. &* 19
cleric.c.omnis 2.de censibus. Bald. *Consf.389.n.5.lib.2.* Johann. Vincent. de Anna *allegat.29.n.14.* Virgin de Boccat. *in Constit. Marchic. gloss.6.n.62.* Johann. Philip. Monspel. *Consf.1.n.1.* Johan. de Amic. *Consf.8.n.53.* Becçius *Consf.73.n.9.* Corn. *Consf.333.n.2.volum.1.* Choppin. *de civ.Paris.mon.lib.1.tit.3.n.15.* Gail. *lib.1.Obs.21.n.9.* Petr. Gregor. *lib.9.de Republ.cap.1.n.11.vers.non negatur,* Knichen noster *de Saxon.non prov.Jur.verb.Ducum Saxoniæ.cap.5.n.325.& seqq. verb.* Stewer/Folge. *& de Jure Superior.cap.3.n.322.& seqq.* Et sunt † 20
vel Ordinaria, de quibus amodò, vel Extraordinaria, de quibus subsequenti capite, *l.omnes.5.C.de annon.& trib.lib.10.l.omnes.1.C.de indiction.lib.10.l.ult.C.de muner.patrim.lib.10.l.privatas.1.C.de privileg.dom.August.lib.11.* Tholosan. *d.loc.lib.3.cap.3.per tot.* Utraq; verò ratione † patrimonii & bonorum, quod innuimus, indi- 21
cuntur, *l.munerum.18.§.præterea.25.ff.de muner.& honor.l.ab his oneribus.10.in princ.l.sunt munera.11.ff.de vacat.& excus.mun. cum simil.* Decian. *Consf.55.n.3.vol.1.* Ordinaria sunt, † quæ, præscripto 22
modo, singulis annis, pro bonis & possessionibus, in subsidium sumtuum & laborum, & pro generali regimine solvuntur, adeoq; certi temporis demonstrationem, & tractum successivum habent, Matth.17.*vers.24.& 22.vers.17.& 21.* Marci 12. *vers.14.& 17.* Luc.20. *vers.22.& 26.* Rom.13. *vers.6.c.tributum.11.quæst.1.* Dyn. *in l.voluntaria.10.quæst.1.C.de excus.tut.* Barthol. Bellenim. *de charitat.subsid.quæst.32.n.7.* Besold. *de Ærar.cap.1.n.6.* Marpurg. *de collectis.n.46.* vel non † quotannis quidem indi- 23
cuntur, certa tamen lege & juris dispositione publica in casus certos constituta sunt, *l.omnes.4.C.de ann.& tribut.lib.10.l.un.C.de vacat.publ.mun.lib.10.l.nullis.un.C.de privileg.corporat.lib.10.d.l.ab his oneribus.10.in princ.ff.de vac.& excus.mun* Cun. *de Muner.n.21.* Antibol. *de Muner.part.3.§.3.n.19.* Bertachin. *de gabell.prælud.n.11.* Julius Ferett. *de gabell.& vectigal.n.475.* Petr. de Ubaldis *de collect.*

n.23. Ægid. Thomat. *de collect. §. molestia. 9. §. exactio. n. 21. & 30. & §. subiiciuntur. n. 32.* Alber. de Rosat. *de Mun. & hon. n. 14.* Carol. Ta-
24 pia *Rubr. cap. 4. n. 39. ff. de constit. princip.* & vocantur † modò in Jure tributum, *l. ult. §. Divus. 7. ff. de censib. & tot. tit. C. de annon. &*
25 *trib. lib. 10.* modò † indictum & indictio, & canonicum nomen, *l. omnes omninò. 1. ubi* Bart. *C. de indiction. lib. 10.* Bertachin. *d. loc. n. 11.*
26 modò † canonica tributio *l. sine herede. 32. §. Lucius. 6. ff. de admin.*
27 *& peric. tut. l. placet. 8. C. de excus. mun. lib. 10.* modò † collatio *l. si pen-*
28 *dentes. 27. § 3. ff. de usufruct. 2. Feud. 58.* modò † collecta & census, *l. ex conventione. 1. C. sine cens. vel reliqu.* Heig. *part. 1. quæst. 17. n. 29.*
29 modò † Berna & ursus à Bohemico *Benie*, Clariss. Thom. Reinesius *lib. 3. Variar. lect. cap. 1. paulo ante finem.* unde fortean &
30 † proverbium, einen Beeren anlegen: Knichen. *de Sax. non prov. jur. verb. Ducum Saxoniæ. cap. 5. n. 315. & seqq. & n. 338.* & illud apud Egranos horologium, quod singulis mensibus, rugitu suo,
31 quem vocant, † der Beer brummet / eos de necessaria liberatione à jugo *B*ohemico, admonet & interpellat, ortum trahit, de quibus tamen cuivis liberum suum sit judicium. Hisce autem vocabulis, ut Synonymis hodie promiscuè utimur, Salicet. *in l. fin. n. 4. C. sine cens. vel reliqu.* Bald. *Cons. 112. n. 6. volum. 2.* Simon de Prætis *Cons. 100. n. 1. vol. 3.* Illa, quæ tractum succes-
32 sivum habent, & quotannis, † nisi, quod cum extremo nostro damno experimur, major vis impediat, solvenda, certa jam, & usu quotidiano, & tristi experientia, etiam è trivio pueris nota sunt, utpote quæ sæpissimè super iisdem, eorumq; exactio-
33 nibus durissimis coguntur, & nil nisi † Schatzung und Stewer / prout hodie vocantur, clamitant. Hæc verò sunt, quæ non
34 quidem stato tempore, † sed casu tantum necessitatis, lege tamen jubente, imponuntur, & fiunt vel in reparationes pontium, refectiones viarum, ædificationes turrium, propugnaculorum & munitionum, & alia publica opera, necessitatem item sublevandam, *l. si pendentes. 27. § 3. ff. de usufr. l. ad instructiones 7. C. de SS. Eccles.* Menoch. *Cons. 1201. n 30. & seqq.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 73. n 5.* Frider. *lib. 2. de mandat. cap. 44. n. 10.* Tusch *practic. conclus. tom. 1. conclus. 447. n. 4. lit. C.* vel etiam in sustentationes hospitum & militum, *d. l. ad instructiones. 7. l. cui muneris. 12. l. honor. 14. §. viarum. 2. ff. de mun. & honor. l. plurimi. 1. l. ad portus. 7. l.*

omnes

omnes.12.l.turres.18.C.de oper.public.l.4.C.de privil.domus Aug.lib. 11. Assess. Cameral.*tom.2.part.2.vot.17.n.15.& seq.* Et quia rarò, & non nisi necessitate flagitante, olim imponebantur, precaria quasi, ut omnes impositiones esse solent & debent, quamvis lex imperaret, habebantur, eoq; † à majoribus nostris, Beeth/ 35
Anlag/Beyhülff/nominabantur. Quam turpiter verò degenerârint, † & in ordinarias annales & statas excreverint, nemo 36
est, qui ignorat. Ita autem plerumq; fieri solet, ut semel exorbitans † imperiosa licentia, & consuetudo prava, in legem vi- 37
tiosè transmutetur, & nunquam, aut rarò, in melius, Just. Lips. *lib.4. Polit.cap.11.* Winther *lib.2. Parthen.litig.cap.11, n. 2.* Petr. Gregor. Tholos. *lib.4.de Republ.cap.10.n.10.*

——— *χαλεπὸν † χορίων κύνα γεῦσαι.* 38

Besold.*de Ærario.cap.7.* Et sanè, ut omnia † mala exempla, Sa- 39
lustio teste, ex bonis initiis nata sunt, ita quoq; horum munerum bona initia fecerunt, ut non necessaria tantum atq; moderata, sed & immensa & sordida, & magis pro libidine imperantium, quam utilitate parentium invalescerent, Heig.*part.1. quæst.17.n.9.* Besold.*d.loc.cap.4.n.2.* olim namq; blandè & benignè exigebantur, postmodum verò, prout in precibus † supe- 40
riorum plerumq; fieri consuevit, ut nimirum pro lege & præcepto habeantur, *l.cum adfirmes.8.C.de liber.caus.l.etiam.115.l.& eo modo, 118. ff.de legat.1.* Alber. Gentil, *lib.3.de Nuptiis.cap. 11. & lib. 4. cap. 2.* est

Namq; † rogare ducum species violenta precandi. 41

Zas. *in not.ad tit.Inst.de action.* &, juxta Publium Mimum,

Rogando cogit, qui rogat potentior.

Lips.*lib. 4. Polit. cap. 11. n. 29.* Wesenbec. *Cons. 45. n. 11. volum, 1.* cui non absimile illud Virgilii *lib.6. Æneidos vers.116.*

Idem orans † mandata dabat. ——— 42

gloss.*in l.merito.1.ff.quod jussu.* Bart.*de tyrann. quæst.7.* Barbat. *Cons. 45.n.9.lib.4.* Sigismund. de Neapol. *Cons. 14. n. 29.* Tiraquell. *de pæn.temp.caus.35.per tot.* Menoch.*lib.2. A. J. Q cent.4.cas.304. n. 12.& 13.* Sfort. Oddus *de restit. in integrum.quæst.7. n. 88.* Johann. Matth.*de contribut.cap.2.n.68.& cap.3. n.263.* rigorosè continuari cœperunt, & ex precario factum præceptum, & ex Bethenfoder 43
bitten/gebitten/& ex Beihe/gebeht. Wesenbec. *Cons. 45. n.11. vol.1.*

Gyland. *decis. 37. n. 27. lib. 1.* Ritter. *de homag. cap. 7. n. 161.* Wehner. *in practic. Obs. verb.* Beth/ꝛc. ita quidem, ut pro seculi nostri vi-
44 tio, Bethe anheut † nichts anders / als ein ordentliche Steuer/ Schoß vnd Schatzung/ so die Bawern jhren Landsherrn zusteuern vnd zu zuschiessen pflegen. Referens *in Symphor. tom. 2. part. 2. vot. 15. n. 38.* Correferens *tom. 1. part. 2. tit. 6. vot. 2. n. 7.* Gothofred. Anthon. *disp. feudal. 1. thes. 6. ad fin.* Gœdd. in dem Friedbergischen *Consilio fol. 8. n. 13. & seqq. punct. 1.* licet in eum finem, in quem lege olim colligebantur, nunquam impendantur. Sumitur
45 † tamen & Beth frequenter pro quota fructuum, vel annuo censu, qui in fructibus solvitur, in recognitionem scilicet dominii: quando nimium subditi ex frumento, vino, arboribus, vaccis, porcis, gallinis & anseribus certam portionem dominis suis præstant, vulgò Aufflaßhaber/ Aufflaßhünner/ ꝛc. Adam Keller *de offic. Juridico polit. lib. 2. cap. 10.* Ritter. *d. loc. n. 162.* Martin. Mager. *de Advoc. Armat. cap. 7. n. 213.* Gœdd. *d. Cons. punct. 1. n. 10. & seqq.* Wehner. *d. loc.* Besold. *in thes. practic. verb.* Bethe/ oder Bede/ Meichsner. *tom. 3. decis. 9. n. 65.* Mynsing. *respons. 2. n. 15. & 17. decad. 11.* de quibus, ne prolixius, & negotia nostra prohibent, nec temporis & instituti permittit ratio. Observandum tamen
46 paucis, hæc munera, utpote † per legem & constitutionem publicam indicta & ordinaria, sæpe extra ordinem imponi, eoq; respectu extraordinaria dici, idq; non tam quod personis imponantur, quam quod non singulis añis recurrant, nec perpetuam præstationem habeant, *l. cui muneris. 12. ff. de muner. & honor. arg. l. cum ad felicissimam. 2. C. de quib. mun. vel præstat. lib. 10. 2. Feudor. 56.* Nos *olim de collectis. n. 7. & 36.*

De militis verò & hospitis onerosa in domo receptione, aut, hodie nimis notâ, sustentatione, quid statuemus? Et pa-
47 riforme patrimoniale † munus, & proinde à quocunq; patrimonium habente, patienter subeundum & ferendum esse, & Christiana charitas, & manifesta Jura evincunt. Illa enim
48 postulat, ut † proportionalis & exacta æqualitas, eine billichmässige durchgehende gleichheit/ pro modo fortunarum, inter omnes observetur, *l. vacantis. 19. C. de decur. lib. 10. l. civilia. 1. C. de mun. patrimon. lib. 10.* nec quis alterius causa gravetur, Non susti-
49 nemus, † ait Imperator, aliorum onus ad alios deferri, *Nov. 43.*

cap. 1.

cap.1. damno vel † afficiatur, *l. prætor ait.2.§. si quis à principe.16.ff. ne quid in loc. publ. l. omnes.5.C.de ann. & tribut.lib.10.l.ultra modum.4. C.quemad.civil.mun.indie.lib.10.l.actores.4.C.de exactor.tribut.lib.10.* ubi textus etiam † Officiales & Consiliarios muneribus subiicit, ne ipsis cessantibus cæteri onerentur, *l.un.C.ut null. ex vican. pro alien.vican.debit.teneat. lib. 11.l.quicquid.12.C.de vectigal.& commiss.l.fin.C.si contra jus vel util.public.* Nos *Cons.30.n.20.& 79 vol.1.* Johann. Wilhelm. Rovenstrunck *in præfat.* Seines rechtlichen Bedenckens/von Anlage/rc. Zorer. *in suo Cons.quæst.11.n.814.* quod tamen certissimè fieret, si aliqui eximerentur, aliqui, & quidem humiliores, nescio sub quo prætextu & velamine, tali oneri solùm subjugarentur, cum tamen nec beneficium † cum alterius injuria postulandum, *l.sed cum.12.ff.ad SC.Trebell.* nec cuiquam † in alterius injuriam tribuendum, *l.nec avus. 4. C.de mancip.liber.l.5.C.de jur.hast.fiscal.lib.10.* nec bono aut æquo conveniat, aut lucrari aliquem † cum alterius damno, aut damnũ sentire per alterius lucrum, *l.juris.6.§.2.ff.de jur.dot.* Bart. *in l.assiduis.12.C.qui pot. in pign.* Petr. Antibol *de Muner. part.3.§.2.n.67.* Enenckel. *lib.1.de privileg.Jur.Civil.cap.12.n.15.& seqq.* hæc verò expresè volunt, ut patrimonialibus, in specie verò hospitis recipiendi oneri, † nemo, cujuscunq; etiam privilegii aut exemtionis prætextu, se subducat, *l.1.C.de indict.lib.10. l.obsistere.10. C.de annon.& tribut.lib.10.l.omnes fundi.8.C.de fund.patrimon.lib.11. l.2.C.de mun. patrim. lib.10. l.ab his oneribus. 10. in princ.ibiq.* Dd. communiter. *ff.de vac.& excus.mun.* Gail. *lib.2.Obs.52.n.12.* Enenckel. *d.loc.cap.6.n.16.* Johann. Matth. *de contribut. cap. 6. n. 128. & seqq.* & si quis contra † faciat, &, se liberando, vicini domum oneret, exemtione tali excidat, & alio præterea modo, si non sit privilegiatus, puniatur, *l.omnes.9.C.de metat.& epidem. lib.12.* Petr. Greg. *lib.11.de Republ.cap.5.n.14.* utpote quod † patrimoniale esse certo certius constat, *l.munerum.1.l.& quorum originem.3.§.munus.14.ibi.* munus hospitis in domo recipiendi, non personæ, sed patrimonii onus est, *l.ult.§.pen.& ult.ff.de mun.& honor.l.sunt munera.11.ubi* Gothofred. *ff.de vac.& excus.mun.l.juxta.1.C.de Episcop.& cleric.l.qui immunitatem.3.ubi* gloss. *verb. qui immunitatem C.de muner.patrimon.lib.10.* Antibol. *de Muner.part.2,n.22.& part.*

 3.§.2.

3.§.2.n.17.& §.4.n.29. Jul.Ferett.*de gabell.& vectigal.n.464.* Thomar.*de collectis.§.exactio.n.10.& 21.§.Medici.n.5* Petrus Poncet.*de Jure Municip.n.12.* Carol.Tapia.*in Rubr.cap.4 n.37.& 41.ff. de const.princip.* Regner.Sixtin.*lib.2.de Regal.cap.13.n.23.* Purpurat.*Cons. 428.n.8.& Cons.539.n.11.volum.2.* Natta *Cons.158.n.7.lib.1.* Roland. à Valle *Cons.66.n.3.vol.1.* Menoch.*Cons.1201.n.39.volum.ult.* & sine
58 personæ respectu, † ipsi rei indicitur propter ipsam rem, *l.munera.2.C.de mun.patrimon.lib.10.* Bart. *in l. un. C. de mulier. & in quo loc.lib.10.* Johann.de Platea *in Rubr.& in l.indictiones.3.C. de annon. & tribut.lib.10.& in d.l.qui immunitatem.3. C. de mun.patrim. lib.10.* Parpal.*in l.placet.5.n.163.C.de SS.Eccles.* Antibol.*dictis loc.* Roland. à Valle *d.loc.* Renatus Choppin.*de privileg.rustic.part.1.cap.3. lib.1.* Joseph.de Sese *decis.7.n.4.& seqq.tom.1.* Caspar.Anton.Thesaur. *decis.93.n.9.* Johann.Calvinus, aliàs Kahl/ *in Orat.de privileg.studiosor.§.tanta autem Philosophia &c.circa finem.* Hæc verò, quæ, de suscipiendo, aut alendo milite, modò diximus, cum grano salis sunt accipienda. Licet enim patrimonialia quivis subire cogatur onera, & hoc non ultimum eorum sit, sed vel primum & gravissimum, prout ii, qui hactenus sustinuerunt, cum damno suo sunt experti: Distinctio tamen personarum privilegiatarum, nec municipum, nec negotiantium est facienda, & earum, quæ cives & municipes sunt,
59 † atq; negotiationes, monopolia, œno- & zythopolia, & alia omnia lucrum adferentia exercent, quin & operas manuarias & mechanicas habent, & multis aliis modis lucrum faciunt: Illæ meritò excusantur, utpote quæ nulla commoda vel commerciorum, vel negotiationum quarumcunq; sentiunt, sed ultrò & libentissimè iisdem & abstinent, & abstinere coguntur, *l.in omnibus.68.ff.de R.Jur.l.qui sub prætextu.9.C.de SS.Eccles.* Cothman.*respons.Acad.15.n.20.30.& 45.& respons.22.n.2.10.& 21.* ibiq; Francofurt.*in subscript.n.10.* & proinde nec onera ferre debent, *l.secundum naturam.10.ff.de Reg.Jur.l.medicos.6.C.de profess.& medic.lib.10.* Petr.Lenauder.*de privileg.Doctor.part.2.n.7.& seqq.* Antibol.*d.loc.part.3.n.52.* Casp.Anton.Thesaur.*decis.99.n.6.§.& tenendo.* Hartm.Hartman.*lib.2.pract.for.tit.55.Obs.6.& 7.* quamvis
60 quod obiter notandum, de † proprio, & quod serunt & metunt, ne esuriant aut fame pereant, *l.necare.4.ff.de liber. agnosc.*
pasce

pas ee.21.disp.16. negare enim † aut impedire cibum & potum est 61
tormenti species, Capic. *decis.145.n.2.* lucellum aliquod impunè facerent, Gothman. *Cons. Acad.22.n.10. Cons. 23. n. 7. & Cons. 24.n.17.* ubi Jenenses *in terminis.* Hæ verò utpote quæ vel cives sunt & municipes, vel civilia negotia & commercia tractant, † eorumq; fructibus & commodis gaudent simul & 62
fruuntur, nonnunquam etiam civibus eadem, prout gravia exempla, ni odiosa, facile adduci possent, præposterè præcipiunt, meritò quoq; istjusmodi onera subire & perferre debent, *l.ult.§.sed & hos.23.ff.de mun.& honor.* Constat quippe eo potissimum nomine civibus talia onera imponi, † quod loci 63
opportunitate negotiationes exercent, & lucrū faicant, adeoq; lucri per loci occasionem acquisiti, partem aliquam, loci dominis, non injuria perdant, *d.l.ult.§.sed & hos.23.ff.de mun.& honor.d.l.qui sub prætextu.9.C. de SS. Eccles.* R. A. zu Cöln 1512. §. Wo aber der Handel. Cothman. *respons. Academ. 14. n. 27. & respons.21.n.2.& seqq.* Besold. *de ærario.cap.1 n.6.* Wehner, *in practic. Observ.* verb. Anschlag. Et nisi hoc fieret, sed illæ cum his confunderentur, horumq; onera pariter sufferre cogerentur, omnis bonus ordo funditus subrueretur, quin &, quod nullo modo permittendum, innocentes & omnibus civilibus beneficiis destituti homines duplici onere ultra fas & æquum gravarentur, dum simul & publicè, ad maleferiatorum commissariorum jussum, & privatim † opificibus & mechanicis, quo- 64
rum opera indigent, quiq; omnes suas, quas in milites & hospites faciunt expensas, optimè in merces suas & labores computare nôrunt, contribuere cogerentur: qua ratione quod † 65
iniquum, Kyllinger. *discurs.4.de Ganerbiis castrorum.n.99.* innocentes nocentibus, & onerosæ artes liberales lucrosis mechanicis postponerentur non solùm, *arg.l.debitorum.25. C. de pact.l. medicos.6.ubi* Dd. communiter. *C.de profess. & medic. lib.10.* Bald. *ad Auth.habita.n.4. ibiq.* Scipio Gentilis *cap.5.& seqq.C.ne fil. pro patre.* sed etiam semel † gravati, contra omnia jura, Ecclesiast. 66
4.vers.3 l.Divus.14.ff.de offic.præsid. Auth.navigia.C.de furt.c.1. extr. de cleric.ægrotant. Lucas de Penna *in l.2.quæst.11.in fin. C. qui morbo. lib.10.* Roland.à Valle *Cons.66.n.51.volum.1.* amplius gravarentur,

l.navis onusta.4.§.cum autem.in princ.& vers quid ergò ff.ad L.Rhod. de jactu.l.Titia.34.§.qui invita.5.in fin.ff.de leg.2.l.libertus.17.§.2.ff.ad Municipal.l.honorem.10.ff.de mun.& honor.l.bona fides.57.ff. de Reg. Jur. c.bona fides.83.eod.in 6. Wesenbec. *Cons.339.n.204. volum.7.*
67 cum tamen eos saltem † qui commoda sentiunt, onera quoq; ferre ipsa æquitas suadeat, *§.ult.Inst.de legit.patron.tut. l.secundum naturam.10 ff.de R.Jur. l.un.§.4.C.de cad.toll.l placet.5.l.adinstructionem.7.C de SS.Eccles.l.omnibus 3. in fin. C. de vectigal.* gloss. & Dd. *in l.un.C.de vacat mun.lib.10.*Thomat *de collectis.§ exactio.n.10* Roland.à Valle*Cons.68.n.11.vol.1.* Wesenb.*Cons.303.n.36.& seq. vol.7.* Joseph.de Rustic.*ad l.cum avus. lib.5.cap.1.n.18.ff.de cond.& de-*
68 *monstr.* Adhæc etiam ædes † earumq; singulæ qualitates in considerationem sunt trahendæ: & civiles quidem sive oppidanæ, so zu Burgerrechtligen / quibusq; talia inhærent onera, nulla via, utcunq; privilegiatæ eas inhabitant personæ, eadem subterfugiunt, *l.munera.2.C.de muner.patrimoniorum.lib.10.* si præ-
69 sertim earum † possessores certas annuas pensiones ex iis percipiant, Joh.de Plat. *in l. hi penes. C. de agricol. & censit. lib. 11.per l. ædes 1.verb. domini domorum. ff.de via public.* Luc.de Penna *in l.as quidem.2.C.de annon.& tribut.lib.10 & in l.in his.2.C.de præd.navicul. lib.11.*Petr.Rebuff.*de privil.Scholar.privil.18.n.1.* Rol. à Valle *Cons. 66.n.32.vol.1.*Antibol. *de Muner.part.princ.3 §.2.n.52.*Cothm. *re-*
70 *spons.Acad.1.n.105.& Cons.25.n.24.* Exemtæ † verò sive privilegiatæ domus, quasq; Investituræ tales esse probant, nullo mo-
71 do talibus subjugabuntur oneribus. Et si qui † metatorii, quos non inscitè, cum magno Scaligero *lib.2.Ausonian.lect. cap. 24.* vocamus, commissarii, talia facere præsumserint, non immeritò juxta legum præscripta punientur, & vel in quinquaginta libras auri puri condemnabuntur, *l sancimus.6.C.de ad-*
72 *voc. divers.judic.l.3.Cod.Theod.de profess.& medic.lib.13.*vel † si δωροφαγίᾳ corrupti, Exod.*23.vers.9.* prout fieri solet, minus rectè processerint, ad normam *l.peræquatores.6. C. de censib. lib. 11.* castigabuntur, vel, si ære non valent, pro insigni hac injuria
73 † Lege Iulia de vi publica convenientur, *l.lege Julia.7.ibi: oratores. ff. ad L.Jul.de vi publ.* Petr Lenauder.*de privil. Doctor. part.2.n.12.*
74 aut † arbitrio etiam judicis rigorosè & exemplariter punientur, *l.medicos,6,C.de profess.& medic.lib,10,*Menoch. *lib.2. A.J.Q. cent.4.*

cent. 4. cas. 374. n. 1. Francisc. Pfeil. *Consil. 198. n. 9. §. immunitatibus. & §. præter arbitrium. vol. 2.* plura nos in personis Doctorum *Cons. 48. n. 56. volum. 2.* & si nec ad mandatum † magistratus, cui soli 75
tale Jus hospitii assignandi competit, Besold. *in thesaur. practic.* verb. Einquartierung. Ferdinand. III. in der Soldaten ordinanz/ sub dato Regenspurg 29. Novemb. 1640. §. Als erstlichen. se correxerint, & personas prænominatas liberaverint, sed sub prætextu necessitatis, quo casu etiamsi hæ aliquid, pro sustentatione erogare, Johann. Matthias *de contribution. cap. 6. n. 128. & seq.* Marpurg. apud Rovenstrunck. *n. 435. & seqq.* & Knechtgeld/ † 76
hoc est, pecuniam & collectam ad sustentandos milites in propugnaculis custodiendis constitutos dare cogerentur, Seiler. *in sentent. Cameral. 3. Jul. 1562. fol. 537.* Wehner. *in practic. Obs.* verb. Knechtgeld. ædes tamen earum † liberæ esse deberent, 77
l. fin. ibi: nec eorum domus ubicunq; positæ militem aut judicem suscipiant hospitandum, *C. de profess. & medic. lib. 10. l. 3. C. Theod. eod. lib. 13.* Guido Papæ *decis. 88. 388. & 399.* Natta *Cons. 1. per tot. volum. 1.* Hartman. Hartman. *lib. 2. practic. forens. tit. 52. n. 2.* Caspar. Anton. Thesaur. *decis. 93. n. 2. & 9.* frivolè & malitiosè in suo illegitimo proposito perrexerint, † ultra prædictas pænas 78
etiam infamia notabuntur, Scip. Gentilis *ad Auth. habita. cap. 7. §. notaq; infamia eis irroganda. C. ne fil. pro patre.* Ordinaria hæc † 79
munera sunt vel publica vel privata; Publica, quæ † respiciunt 80
publicam utilitatem, autoritatem & necessitatem, *l. honor. 14. §. viarum. 2. ff. de mun. & honor. l. sunt munera. 21. ff. de vacat. & excus. mun. l. un. C. de vacat. public. mun. lib. 10.* Alberic de Rosate *de mun. & honor. n. 13. & 14.* ut si † contra communem Imperii & Chri- 81
stianitatis hostem, vel etiam in felicissimam Cæsarei numinis expeditionem, vel circuli aut provinciæ salutem collatio facienda. Illas collationes, quas Imperiales, Reichs-Anlage/ Reichs-Steuer/ Reichs-Hülff/ Türckensteuer/ Türckenhülff/ Römerzug appellamus, quod spectat, † modò tamen Status, quorum in- 82
terest, vocati fuerint, & in pleno Electorum, Principum & Imperialium Civitatum Consilio in gemeinem Reichs-Rath deliberaverint, Tobias Paurmeister. *lib. 2. de Jurisdict. cap. 2. n. 15. & seqq.* & affinis noster Rümelin *part. 2. dissert. ad Aur. Bull. 3. thes. 4. & 18. ubi vide.* & consenserint, R. A. zu Cöln de anno 1512. §.

Und damit die messigung. Speyer de anno 1526. §. item als auff den Reichstagen Speyer de anno 1529. §. zum andern. Augspurg 1530. §. Und nach dem offenbahr. Bocer. *de Regal. cap. 3. n. 213.* Besold. *de ærario. cap. 5. ibiq; subjecto Consilio. n. 49.* Bocer. *de collect. cap. 2. n. 8.* Goldast. *de Statut. & rescript. Imper. cap. 1.* Albin. *ad acta Pacific. Coloniens. Anno 79. 4 Mart. instit.* Sleidan. *lib. 1. de stat. Relig.* Thuan. *lib. 2. Hist. & lib. 39.* Clapmar. *lib. 1. arcan. Rerump. cap. 20.* Arnisæus *lib. 1. de Majest. cap. 3.* Cluten. *in Syllog. rer. quotid. conclus. 21.* Buxtorf. *ad Aur. Bull. conclus. 6.* Syring. *de pac. religion. conclus. 14.* Gothofred. Anton. *disput. Apolog. contra Vultejum. thes. 35.* Capitulatio Rudolphi II. ibiq; Dux Saxoniæ Johannes Ernestus. Capitulatio moderni Imperatoris Ferdinandi III. quivis pro modo fortunarum & patrimonii, sine ullo exemtionis & immunitatis respectu, præstare tenetur, *l. fin. §. patrimoniorum. 18. & seqq. & §. ab hujusmodi. 24. ff. de mun. & honor. l. jubemus. 10. C. de SS. Eccles. l. un. C. de indict. lib. 10. l. cum ad felicissimam. 2. C. de quib. mun. lib. 10. l. fin. C. quem. civil. mun. lib. 10.* Thomat. *de collect. §. sanè si negotium. n. 30.* Antibol. *de* Munerib. *part. 3. §. 4. n. 39. & 107.* Johann. Tileman. de Benign. *Apospasm. prodrom. Syntagm. 3. decis. 3. vot 9. n. 13. & seqq.* Modestin. Pistor. *Cons. 4. n. 1. lib. 1.* Gail. *lib. 2. Obs. 53. n. 3.*
83 sicquidem, ut etiam † oppida Papæ iisdem graventur, teste Gunthero *in Ligurino, lib. 9. vers. 192. & seqq.*

Non licet & fisco castella vel oppida Papæ
Collectis urgere suis, nisi tempore tantum
Quo princeps primam Romæ gestare coronam
Imperiiq; novos admittere gaudet honores.

84 quarum posterior tamen, † ut superflua, & proinde resecanda,
Nov. 143. cap. un. §. superfluò igitur eorum dubitationem resecantes. hodie rectè desiit, cum omnes sciant, ut ut passim in Annalibus
suis, ex Hildebrandina Doctrina, [illegible] aut [illegible],
85 & † omnipotentiam papalem Baronius extollat, & falsò propugnet, Casaubon. *in Prolegom. & Exercitat. in Baron. 15. diatrib. 15.*
ubi, more suo, egregiè, Georg. Valent. Winther. *in Parthen. litigios. lib. 1. cap. 6. n. 15.* Lansl. *in Consult. de prov. prærog. Orat. contra Italiã*
86 *pag. mihi 949.* ipsiq; etiam Pontifices sibi talem † potestatem arrogent, Aventin. *lib. 7. Annal.* quos proinde rectè Gunther. *lib. 6. Ligurin. vers. 340. & seqq.* carpit,

Ecce

Ecce paterna fides, & magni praesulis alma
Integritas, humilisq; Petri vestigia sectans,
Jam non ferre crucem Domini, sed tradere regna
Gaudet, & Augustus mavult, quam praesul, haberi.

Imperii † axioma, ejusq; coronam & administrationem, non 87
ad Papam, sed Principes Electores pertinere: Unde iterum recte Gunther. *lib. 1. Ligur. vers. 233. 234. 242. & 243.*

Francorum proceres, quos inclita robora regni,
Et validus nunquam pudeat dixisse columnas,
In manibus vestris regnum est, ea quippe potestas
Ad vos more suo, semper viduata recessit.

ubi optimè Rittershus. *lib. 1. cap. 3. n. 3.* Arum. *discurs. 3. ad Aur. bull. thes. 24.* sic quidem, ut multi ordine Imperatores Papalem inaugurationem, † ad imitationem populi Hebraei ortam, Levit. 88
8. 1 Reg. *9. 2* Reg. *2. 3* Reg. *1.* Cluten. *in sylloge. conclus. 4. lit. D.* insuper habuerint non solùm & omiserint, Bodin. *lib. 2. de Republ. cap. 6.* Guicciardin *lib. 13. histor. Italic.* Arum. *d. loc. discurs. 2. thes. 10.* sed etiam plura exempla ab Archiepiscopis Electoribus coronatorum Imperatorum extent; ut Ottonis III. & aliorum † à 89
Coloniensi, cujus hic honor proprius, Gunther. *lib. 1. Ligur. vers. 445. & seqq.* ibiq; Rittershusius.

Imposuit capiti gestamina regia sacro
Arnoldus, quo tunc pastore Colonia dives
Gaudebat, (quippe hunc veteris sibi juris honorem
Vindicat ille locus.) ——————

& lib. 6. vers. 612. & 613.

—————— *pastori prima recentis*
Agrippina tuo conceditur unctio regis.

Cisner. *in Orat. de Ottone III.* Petrus de Andlo *lib. 2. de Rom. Imp. cap. 6. ibiq;* Freher. Hartman. Maur. *de coronat.* Caroli V. & Matthiae à Moguntino Archiescopo, Bernhard. Praetor, amicus noster, *in actu cororationis Matthiae.* Arum. *d. loco discurs. 3. thes. 17.* priori verò consimilis habetur collatio, quae † ad conservandũ 90
Imperii regimen generale, zu Erhaltung deß Reichs Regiment/ indicitur. R. A. zu Augspurg de anno 1500. Von ordnung deß Regiments. tit. Von Soldaten/die auffgesetzt vnd gehalten werden sollen/auch was ein jeglicher Mensch geben sol. item quae ad usum

Cameræ Imperialis, zu Unterhaltung deß Cammergerichts/imponitur, Ordin. Camer. *part.2.tit.10.* Gylman. *tom.1.Symphor.part.2.tit.6.vot.1.n.11.* præjud. Cameral. *verb. Collectarum exactio.* Rom. *13.vers.6.& seq.* ubi Emel. Tremell. *in notis ad Syr. versionem.* Besold. *lib.1. Politic.cap.4.n.33.& de arario.cap.1.n.6.* talesq; collectas
91 & talia † tributa non solventes nec in conscientia tuti existimantur, Ludov. Molina *de Just.& Jur.tom.3.disp.674.* Wehner. *in Metamorph.Rerump.cap.12.à princ.* sed solvere denegantes, in
92 principis † contemtum, in crimen læsæ Majestatis incidere dicuntur, Gigas *de crimin.læsæ Majestat.quæst.36.n 2.& seqq.* Tribu-
93 tum etenim † præstatur in recognitionis & obedientiæ signũ, notaq; est & τεκμήριον dominii universalis, quod Respublica in singulorum bonis habet, *l.nulli.28.C.de Episc.& cleric.c.2.de censib.* Petra *de fideicomm.quæst.12. n. 164. 168. 392. & seqq.* Johann. de Anania *Cons.8.n.53.* Johann. Philipp. Monspel. *Cons.1. n. 1.* Tholos. *lib.9.de Republ cap.1.n.11.* Knichen. *de Superior.jur.cap.3.verb.collect a.n.322.& seqq.* Rosenthal. *de feud.cap.5.conclus.74.* Facius Polit. Livian. *art.40.fol.73.* Besold. *lib.1.Politic.cap.4.n.33.vers.3.* Marpurg. *Consil. singul. de collectis & contribut. n. 8. & seqq.* Jus regis
94 † est, ut à regno alatur, & quidem pompa regali: tum ut ei regnum subministret omnia quæ necessaria fuerint, & ad bella gerenda, & ad pacem conservandam. Hæc à populo regi subsidia debentur, & necessariò à populo fideli solvuntur, Dominic. Soto *lib. 3. de Just. & Jur. quæst.6.art.7.* Thomas Stapleta. *in promtuar. Moral. Domin. 22. post Pentecost. fol. 583.* Affinis noster Polycarpus Leyserus im RegentenSpiegel / in der Predigt am anfang deß Landtags. *fol. 228.* Georg. Rollenhagen *lib. 2.* deß
95 Froschmeußlers. *part.3.cap.6.* Et prædictas quidem † collectas Imperiales, licet omnibus Imperii civibus oneri sint, ipsi status primitus ex Cameris & publicis suis proventibus, proprioq; marsupio solvere tenebantur *l.ult.C.de privil. dom. August. lib 11.l.multi.1.C.de navib.non excusand.lib.11.* Bald. *in l. neminem. 11. n.1.C.de SS.Eccles.* R.A. de anno 1542. §. Vñ nach dem der Churfürsten. & §. Es sollen auch alle/rc. Petr. Frider. *lib. 2. de mandat.*
96 *cap.44.n.4.& seq.* utpote qui † annuas indictiones ordinarias, quas primum erogare possent, antequam subditos suos gravarent,

rent, haberent, *d.l.ult.C.de privil.dom.August.lib.11.* Cyrus & Alberic. *in d.l.neminem. 11. C. eod.* Bocer. noster *de Regal. cap 3.n.214.* Quod hodie † ex novissimis Imperii Recessibus ipsis remissum, 97
& simpliciter indultum, ut eas, sive ad menses, sive per æs & libram imponantur, nulla obstante præscriptione, pacto vel privilegio, à suis subditis exigere, & solis subjectorum facultatibus imponere possint, R.A. zu Augspurg de anno 1548. ibi. Daß derwegen eine jede Obrigkeit macht haben soll / seine Unterthanen / Geistlich vnd Weltlich / sie seyn exemt oder nicht exemt, gefreyet / oder nicht gefreyet / mit Stewer zu belegen / † doch höher 98
oder weiter nicht / dann so fern einer jeden Obrigkeit gebührend Anlag erstreckt / R.A. de anno 1566. §. Dieweil, ibi: daß den Ständen / die hiebevor mercklich vnd kündlich beschwert / ohnerschwinglich diese Hülff auß ihrem Cammer-gütern vnd gefällen darzu strecken / R.A de anno 1582. § vnd nach deme / ibi: daß den Ständen solche beharrliche Hülff auß jhren eygnen Cammergütern vnd Einkommen zu leisten ohnerschwinglich fallen will. & R.A. de anno 1594. Collegium Lipsiens. apud Modestin. Pistor. *Cons. 9. n. 4.5.7.& 8.lib.2.* Regner. Sixtin. *lib.2.de Regalib.cap.14.n 129.& seqq.* Knichen. *de Saxon.non prov.jur.verb. Ducum Saxoniæ. cap.5. verb.* Stewer / Folge. *n.321.& seqq.* Besold. *de ærar. cap.5. ibiq. subjunct. Cons.n. 98.* ita tamen ut ultra eam, quam Imperio debent summam, quæq; in Imperii † Matriculâ, apud Wehnerum *in pract.* 99
Observ.verb. Matricul. & nonnihil apud Besoldum *in thes.pract. verb.* Reichs Anlage. & Reinking *de regim.secul.& Ecclesiast. lib. 1.class.3.cap.8.n.25.* videndâ, descripta eas extendere nequeant, Sie sollen solche Stewer von jhren Vnterthanen colligiren oder einfordern / folgends an gewisse Ort oder Legstädt verschaffen / doch über die in matricula Imperii jedem designirte Summam nichts exigiren, oder in jhren eygnen Nutzen verwenden / R.A. zu Speyer de anno 1547. Augspurg 1548. Regenspurg 1557. Augspurg 1566. vnd Regenspurg 1594. Gail. *lib.2. Obs.13.* Regner. Sixtin. *lib.2.de Regal.cap.4 n.31.* Matth. Stephan. *lib.2. de Jurisdict. part.1. cap.1.memb.1.n.100.* Bocer. *de collect. cap.2.n.12.* Besold. *d.Cons. n. 49.* Wehner. *d.loc verb.* Schatzung. *§. & est collecta generalis.* Imponuntur † autem publicæ & Imperiales tales collectæ regulari- 100
ter, quod innuimus, per æs & libram, Nach den Hufen vnd

Vermögen/*l. omnes. 12. C. de oper. public. l. si unus. 67. princ. ff. pro soc. l. rescripto. 6. §. ult. ff. de mun. & hon.* Bart. *in l. si se. 4. n. 2. ff. de re jud.* Bald. *in. l. etiam. 5. n. 28. C. de execut. rei judic.* R. A. zu Speyer de año 1542. Thomat. *de collect. §. exactio. n. 12.* Mynsinger. *respons. 1. n. 82. decad. 15.* Cothman. *Cons. 11. n. 1. & 219. volum. 1.* Coler. *de process. execut. part.*
101 *2. cap. 3. n. 384.* Berlich. *part. 1. conclus. 52. n. 22.* aut pro modo † possessionis soli & prædiorum, quæ Jugatio dicitur, *l. fine herede. 32. §. Lucius. 6 ff. de admin. tut. l. rescripto. 6. §. ult. vers. contributiones. l. mun. 18. §. patrimoniorũ. 21. vers. nam quadam. ff. de mun. & honor. l. indictiones 3. C. de ann. & trib. lib. 10. ibiq;* Cujac. *& in Rubr. l. Imperatores. 7. ff. de public. Novell. 128.* Remig. de Gonnii *de charitat. subsid. quæst. 60. n. 7.* Besold. *de ærario. cap. 4. n. 18. vers. 3.* quandoq; verò, necessitate urgente, & ubi vires patrimonii non sufficiunt, etiam
102 † per fumantes, Nach den Fewerstädten/ Antibol. *de Munerib.*
103 *part. 3. §. 2. n. 45. & seqq.* aut, † quod tamen genus exactionis est gravissimæ, Casaubon. *Exercit. in Baron. 16. diatrib. 6. in fin.* &
104 ideò regulariter † non adhibendum, *l. indictiones 3. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Bald. *2. Feud 56.* per capitationem, id est, capitis censum sive tributum, Nach den Häuptern / Exod. *30. vers. 12.* 3 Reg. *12. vers. 4.* & 2 Reg. *15. vers. 20. l. ult. §. sive autem. pen. ff. de mun. & honor. l. sacrosanctæ. 1. C. de SS. Eccles. Rubr. & l. un. C. de capit. civ. l. ne quis. 1. C. ne rustic. ad ull. obseqv. lib. 11. l. fin. §. qui annonam. ff. de muner. & honor.* Thomat. *d. loc. n. 11.* Enenckel. *de privileg. lib. 1. privileg. 1. n. 11.* Gylman. *tom. 1. Symphor. part. 1. tit. 2. vot. 2. n. 138.* ubi Weyhsa-
105 stengeld/ vocari scribit. dum nimirum † omnibus generaliter, pauperibus & divitibus, Mann vnd Weibspersonen/ Vatter vnd
106 Mutter/ Kinder vnd Gesind/ † & pauperibus quidem exiguum
107 quid, puta ein Schilling/ † divitibus verò pro ratione patrimonii & jumentorum etiam, Remig. de Gonnii *de charitat. subsid. quæst. 60. n. 6. & 7.* Jul. Ferett. *de gabell. n. 468.* Antibol. *de Muner.*
108 *part. 2. n. 5.* unde † non inconcinno quoq; nomine Klawensteiwer/ tributum scilicet pecuarium, sive ungularum exactio, quæ de quolibet animali dependatur, nominatur, Aventin. *lib. 8. fol. 391.* Henricus monachus in Rebdorf. *ad annum 1344. fol. 435.* Gerhard. de Roo *lib. 2. annal. Austriac. fol. 69.* Knichen. *de Saxon. non*
109 *provoc. jur. verb. Ducum. cap. 5. n. 342.* modò † tamen subditi sint, non forenses, *l. libertus. 17. §. sola ratio. 5. & § sola domus. 13. ff. ad Municip.*

nicip. l. cum neq; 4. l. privilegio. 6. C. de incolis. lib. 10. Festas. *part. 2. de collect. cap. 1. n. 12. & seq.* Remig. de Gonnii *d. loc. quæst. 61. n. 27.* Bocer. *de Regal. cap. 3. n. 197. & seqq.* certi aliquid indicitur, *l. munerum. 18. princ. & § mixta 26. & § hæc omnia. 28. ff. de mun. & honor.* R. A. zu Wormbs de anno 1495. tit. Von den gemeinen Pfenning. Cöln de anno 1512. §. Und damit der arme. Augspurg de anno 1518. §. Und nemlich dieser meynung / Bocer. *d. loc. n. 215.* Besold. *in thes. pract.* verb. Reichs Anlag / & verb. Reichssteweꝛ / qua ratione, licet † personæ inhæreant, & personam concomitentur, sui tamen essentia non sunt personales, à personis exigendæ, sed ab omnibus persolvendæ, ratione personæ, Alberic. de Rosat. *de Mun. & honor. n. 17. in fin.* Remig. de Gonnii *d. loc. quæst. 60. n. 6.* ipsa siquidem † impositio directò respicit rem ipsam, obligatio verò & solvendi vinculum, in pauperibus præprimis, personam concernit, Bald. *in Auth. defuncto. vers. modo quæro. C. ad S C. Tertull.* Obligatio in personam dirigitur, licet causa finalis sit res ipsa, Bald. *in l. un. n. 3. C. de sentent.* quæ pro eo quod interest; & sic collectæ † materialiter sunt onera rerum formaliter subjectarum personarum, Bald. *in l. propter. 5. in fin. C. qui bon. ced. poss.* Thomat. *d. loc. §. molestia. n. 8.* Natta *Cons. 149. n. 4.* Cephal. *Cons. 636. n. 60. lib. 5.* Gothm. *Cons. 11. n. 51. volum. 1.* & quia † Materia & forma unum totum constituunt, non ineptè mixtæ dici possent, Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 80. n. 3. & ibi in addit. lit. D.* Bocer. *de collect. cap. 7. in fin.* Nos *supra in proœmio paulo ante finem.* hancq; Capitationem Gunther. *lib. 4. Ligur. vers. 521.* Capitolitiam † summam, *& lib. 8. vers. 579.* capitolitium censum vocat: dum priori loco scribit:

110 111 112 113 114

—————— pauciq; latrones
Improba Romano poscunt à Rege tributa,
Cujus ad arbitrium disponitur omne tributum,
Et capitolitiam cogunt expendere summam.

ubi Rittershus. *in notis lib. 4. cap. 2. n. 9.* posteriore verò canit:

Et capitolitium certo sub tempore censum.

Et ab his, & similibus † Imperialibus collectis, nemo, ut ut privilegiatus, aut cujuscunq; status sit, eximitur, ut & nec is, qui Comitatu quodam, Frey / gerühiglich ohne Steweꝛ investitus 115

est,

est, *l. omnes. 5. C. de annon. & tribut. lib. 10.* R. A. de anno 1548. §. Wiewol nun/ibi: sie seyn exemt oder nicht exemt. Modestin. Pistor. *Cons. 4. n. 5. & seqq. vol. 1.* Matth. Stephani *lib. 2. de Jurisdictione part. 1. cap. 1. memb. 1. n. 101. & seqq.* Bocer. *de collect. cap. 2. n. ult.* à
116 † muneribus siquidem & indictionibus ordinariis nemo excusatur, etiam nec is qui privilegium & excusationem ab iis habet, *l. omnes. 1. C. de indictionib. lib. 10. l. muneris. un. C. de vac. publ. muner. lib. 10. l. vacuatis. 19. C. de decurion. lib. 10.* Matth. Stephani *d. loc.*
117 *num. 6.* sed si necessitas exigit † in commune omnes utilitatibus publicis obedire convenit, *l. multi. 1. C. de navib. non excusand. lib.*
118 *11.* nec † contra devotionem publicam impetrata immunitas valere debet, sed, cum circa omnes par & æqualis illationis forma tenenda, *l. in fraudem. 7. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Nicol. Fe-
119 stas *part. 1. de collect. cap. 1. n. 20. & seq.* omnes † omninò ad oblationem functionum publicarum urgeri oportet, *l. omnes. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Matth. Stephani *d. loc. n. 104.* & quidem non
120 Jure Statuum † proprio & vigore regalium, sed in modum executionis, cum hujusmodi subcollectatio statuum, non sit de eorum regalibus, Rutger Rulant *de commissar. part. 4. lib. 2. cap. 6. n. 10.* atq; ita in Camera Imperiali votatum est in causa Teutschenmeisters contra Ottingen Meichsner. *decis. Cameral tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 92.* Johann Rüchinger. *cent. 4. Obs. 29.* Regner. Sixtin. *lib. 2. de Regal. cap. 14. n. 31.* Besold. *de Ærario. cap. 5. ibiq; subnex.*
121 *Consil. n. 49.* Istas autem, † Circulares scilicet, quod attinet, collectas, eæ, utilitatem Orbis Romani concernentes, Imperii Cir-
122 culis imponuntur, vulgò Kreißstewer. Horum autem † circulorum primitus sex tantum fuerunt, Francicus nimirum, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus, Westphalicus & Saxonicus, R. A. de anno 1550. tit. Wie zwantzig Personen in das Regi-
123 ment genommen seyn. §. ult. quibus † postea, Justitiæ in Imperio, paciq; publicæ, sanctionibusq; tuendis atq; sententiis, mandatis, aliisq; rebus felicius expediendis, diviso Saxonico, Westphalico & Rhenano, quatuor adhuc additi, Austriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus, & Superior Saxonicus, & ita decem constituti sunt, R. A. zu Cöln 1512. & R. A. zu Nürnberg de anno 1522. Jacob. August. Thuan. *lib. 2. Histor. à princ.* Wehn. *in pract. Obs. verb.* Stand deß Reichs/ §. *dividuntur autem.*
&

& unusquisq; horum circulorum † suos Duces, Legatos & Con- 124
siliarios, Kreiß Obriste/zugeordnete und Räthe/habet, & pro ar-
bitratu suo eligit, quibus proporrò † Jus & potestas edicen- 125
di conventus, Außschreibende Fürste/& ordines ad certum tem-
pus per literas, vulgò Kreißtages außschreiben/ in quandam cir-
culi urbem convocandi attributa, quo ubi conventum est, le-
gati ordinum apud principem, vel si hic officium suum negli-
gat, vel facere impediatur, uni ex adjunctis in singulis circulis
legati munere fungenti, qui Nachgeordneter vocatur, cum reli-
qui zugeordnete appellentur, König *in theatro polit. cap. 27. part. 1.
n. 11. & seqq.* Bertram *de Comit. thes. 14. & seqq.* Besold. *d. loc. verb.*
Kreißtag. nomina ac mandata sua edunt. Et die conventui in-
dicta legatis in curia considentibus, quibus de rebus † in com- 126
mune consuli operæ pretium sit ejus, penes quem, ut diximus,
indicendi conventus Jus est, legatus proponit, ac primus sen-
tentiam dicit, licet interdum aliter observatum viderim, ut
nimirum is non statim, sed vel ipsi proximè assidens & dignior,
vel etiam postremus omnium, quid sibi videatur, aperiat, &
postea, eo ordine, quo consident, singulorum sententias ro-
get, & quod majori parti, † non ex partibus collegii, sed ordi- 127
num numero æstimatæ placuerit, decreti circularis habeat vi-
gorem, R. A. zu Augspurg de anno 1555. §. Und damit die. Ita
tamen, ut de rebus, de quibus individuam † & collegialem 128
circulus dispositionem habet, instituatur consultatio. Si enim
aliena & privata eò trahantur, ut in omni privata conven-
tione, ita hic quoq; vel consentiendi vel dissentiendi, non
ὡς συμπάντων, ἀλλ' ἑκάστου, ut ait Aristoteles *lib. 3. Polit. cap. 11.* liberum
est arbitrium. Nulla enim vel circulis † in singulos ordines, 129
vel ducibus & adjunctis in circulos, præter eam, quæ constitu-
tionibus defertur, permissa est autoritas, R. A. zu Augspurg de
anno 1555. §. und obwol. ut regulariter commissæ potestatis † 130
ea est natura, ut fines & limites mandati non excedat, Angel.
in l. diligenter. 5. in princ. vers. item nota. ff. mandat. Innocent. *in c. su-
per literis. n. 3.* gloss. *in c. cum dilecta. verb. juris ordinem. ubi* Cardin.
n. 3. & Collect. *n. 5. de rescript.* Angel. *Cons. 138. n. 2.* Johann. *Bapt.*
Asinius in practic. Civil. part. 1. §. 2. cap. 1. n. 5. Vincent. de Franchis
decis. 699. n. 2. part. 2. nec † valeat, si in minimo ab eis discedatur, 131

N Cabal-

Caballin. *milleloqv.762.part.2.*Magon.*decis.Lucens.154.n.9.* Isti
132 verò circulorum † conventus, die Kreißtag sunt vel Universa-
les, vel Particulares: Illi, cum omnes circuli: Hi, cum quidam,
vel unius tantum circuli status conveniunt, dict. R.A. de anno
1555. §. vnd damit. §. vnd soll der gesetzte Obrister. §. Im fall
aber. §. wo nun dieser. & §. Alsdann ferner die Notdurfft. Besold.
133 *in thes. practic.* verb. Kreißtag. quod ordinariè singulis † annis
semel, ac necessitate efflagitante sæpius fieri debet, unde & ne-
gotia vel causæ, ob quas conventus indicentes principes, quo-
rum alter plerumq; est Ecclesiasticus, alter Secularis, vulgò
außschreibende Fürsten vel in Imperiali, aut magna alteri subje-
cta civitate, ubi & sua habent archiva, conveniunt, Rutger Ru-
134 lant *part.2.de commiss.lib.5.cap.4.n.54.* vel sunt Ordinariæ, † vel
extraordinariæ. Ordinariæ sunt eæ, quarum causa decem illi
circuli instituti, ac quæ ipsis perpetuò expediendæ ab Imperio
injunctæ sunt: ac primò omnia, quæ ad pacis publicæ con-
servationem, & sententiarum ac reliquarum constitutionum
ac mandatorum Imperialium executionem pertinent, R.A. zu
Nürnberg de anno 1522. *in princ.* & tit. Hernach folgen die
zehen Kreiß/wie vnd in welche Ort die in das Reich außgetheilet.
quæ in specie huc referuntur eleganter ex Imperii Recessibus
& Constitutionibus expressit Petrus Denaisius in Jure Came-
rali. *tit.212.verb.pacis publicæ constitutio. & 3.seqq. & verb.commer-
cia.§.7. & fin. verb. moderationum causæ. §. 1. verb. monetarum edi-*
135 *ctum. §. 13. 31. & 33.* Extraordinariæ verò, † quæ propter præ-
sentem necessitatem circulis ab Imperio injunguntur, quales
sunt de Contributionibus, Monetis probandis vel reproban-
dis, præsentatione Assessorum Cameralium, executionibus
contra contumaces faciendis, Ordin. Cameral. *part.2. tit. 9. §.*
vnd ob sich. Reinkingk. *de regim. secul. & Eccles. lib.2.class.4 cap.2.
per tot.* Wehner. *in pract. Obs.* verb. Kreißtag. verb. Reichstag. &
verb. Ständ deß Reichs. & si quæ horum negotiorum expe-
diendorum causa à principibus & adjunctis circularibus col-
lectæ imponantur, rectè Circulares nominantur, R.A. zu Aug-
spurg de anno 1555. §. Ferner als. anno 1582. §. Neben/vnd
über. & R.A. zu Regenspurg de anno 1594. §. auff dem Fall nun.
& §§.

& §§. seqq. Dn. Bocer. *de collectis.cap.3.n.6.* Has verò † provin- 136
ciales tandem quod concernit, eas dicimus, quas quivis Status vel Princeps, pro utilitate territorii sui, & pro curis & laboribus, quos sustinet, nec non in compensationem expensarum & sumtuum, quos pro administratione Justitiæ, conservatione regiminis & Status, pro pace item & quiete inter subditos servanda, ut & salariis Officialium facit, *l. benè a Zenone.3. §.pen. in fin.C.de quadr.præscript.l.congruit.13.ff. de offic.præsid.* Alexand. *in l.1.n.3.ff.de off.ejus cui.* Dd. *in l.divortio 7.§.si vir.13.ff.sol. matrim.* Johann. Copus *lib.1.de fructib.cap.1.* Campeg. *de dote.quæst.33. & 34.* Simon de Prætis *Cons.100.n.1.cent.3.* subditis suis quotannnis rectè indicit & legitimè percipit, † unde & Landstewer vocantur, 137
Gylman. *Symphor.tom.1 part.2.tit.6.vot.7.n.47.* Gœdd. *Cons. Marpurg.16.n.1.volum.4.* Weil sie durch das gantze Land gehen/ vnd in gemein auff jederman geschlagen werden/ Wehner. *in pract. Obs.* verb. Gemein. §. Sic gemeine Landstewer est. Besold. *thes. pract.* verb. Landstewer/Landbede. quas nos ad differentiam extraordinariarum multiplicatarum naturam ordinariarum non solum induentium, sed hodie planè indutarum, pro ratione loci, Ordenliche Schatzung vnd einfache oder Pfenningstewer/da nemlich von 100. fl. 6. batzen Jährlich gegeben werden/ nominamus eò scilicet, quod pro singulis † florenis annuis, aut patrimo- 138
nio æstimato, ejusq; viribus, *l.indictiones.3.C. de annon. & tribut. lib.10.* Bald. *Cons.387.lib.3.* Cravet. *Cons.195.n.3.& 4.* Simon de Prætis *Cons.100 n.5.cent.3.* singuli nummi stato tempore exsolvendi veniant, Salicet. *in l.fin.n.4.C.sine cens.vel reliqu.* Bald. *Cons.112.n.6. lib.2.* Simon de Prætis *d.loc.n.9.* Besold. *in thes.practic.* verb. Landstewer. *& in Consilio tractat.de ærario subjuncto.n.75.* Gail. *lib.2. Obs. 52.n.5.* Nicol. Everhard. *Cons.10.n.28.volum.1.* Caspar Klock *de contributionib.thes.53.lit.C.* Exiguntq; status Imperii tales collectas jure suo proprio, vigore † scilicet Regalium, quæ vel ab Impera- 139
tore obtinent, vel præscriptione legitima acquisiverunt, vel etiam consuetudine & privilegio possident, Gunther. *lib.8. Ligur.vers.579.& seqq.*

Tanta tamen clari fuit indulgentia Regis,
Ut quicunq, bonâ priscorum munere regum
Hactenus ista fide possederat, idq, probare

Legitimis poterat, vel demonstrare tabellis,
Principis assensu titulo gavisus eodem
Nunc quoq; possideat. ————————

nec ad earum impositionem consensu superioris indigent, *c. super quibusdam. §. praeterea. de Verb. Signif.* Innocent *in c. si diligenti. n. 5. de praescript.* Jacob. de Asello *de Jure Adhoa n. 24.* Jacobin. de S. Georgio *de feudis. verb. qui quidem investiti. n. 75. vers. non est dubium.* Guid. Papae *Consil. 1. n. 13.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 83. n. 5.* Mynsing. *respons. 1 n. 97. decad 11. respons. 1. in princ. decad. 15.* Wesenbec. *Cons. 27. n. 20. & Cons. 40. n 8. volum. 1.* Borcholt *in c. un. n. 53. & 85. quae sint regalia. 2. Feud. 56.* Regner. Sixtin. *lib. 2 de Regal. cap. 14. n. 32.* Knichen *de jure territor. cap 3. n. 209. 220. 342. & seqq.* Herman. Meyrer *lib. 2. de praeferent. credit. tit. 4 n. 5.* Bocer. *de Regal. cap 3. n. 218. & seqq.* ubi tamen de extraordinariis, de quibus suo loco,
140 loquitur. & quod de Regalibus † summisq; Principum reservatis sint, iisq; omninò qui regalia habent, competant, praeter jam adductos, post *Bartol. ad l. 1. n. 24. C. de mulier. & in quo loc. lib. 10. Bald in d. c. un. n. 6. &* Andr. de Isernia *n. 60. quae sint regal.* Paris. *Cons 25. n. 1. & 53. vol. 1.* Socin. seni. *Cons. 7. n. 6 lib 3.* Socin. jun. *Cons. 98. n. 16. lib. 3.* Cravet *Cons. 195. n. 1.* Wesenbec. *Cons. 45. n. 19. & seq.* Alciat. *respons. 45. n. 5. lib. 9.* Schurf. *Cons. 59. n. 2. cent. 1.* Natta *Cons. 487. n. 22. volum. 3.* Decian. *Cons. 41. n. 1 & seqq vol 2.* Menoch. *Cons. 32. n. 30. vol. 1.* Anton. Trigon. *sing. 23. n. 2.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. de regalibus. conclus. 73 n. 1.* testatur quoq; Goeddaeus *Cons. Marpurg. 16. n. 72. vol. 4.* & Cothman. *Cons. 3. n. 253. & seqq. volum. 4.* Et rectè: non solùm enim expresso Jure id statutum invenitur, *d. c. super quibusdam. §. praeterea. de Verb. Signif. l. 1. C. nova vectig. instit. l. un. C. de superindict. lib. 10. l. placet 8. C. de excusat. mun. lib. 10.* verùm etiam collectae, disertis verbis inter regalia recensitae reperiuntur, *in d. c. un. quae sint regal. 2. Feud. 56. l. cum satis. 23. §. caveant autem. C. de agricol. & censit. lib. 11.* Rutger Rulant *decis. jur. controvers. quaest. 11.* Abbas *Cons. 13. n. 4. Cons. 20. n. 1. vers. quinimò potest. & Cons. 61. n 5. vol. 2.* Cravet. *Cons. 195. n. 1.* Voltzius *Cons. 2. de Inquisit. n. 26.* ibiq; affinis noster conjunctissimus Jacob. Schutzius *in not. lit. f.* accedit, quod, † cum principes in suis territoriis idem, quod Im-
141 perator in universo orbe Romano potest, Jus habeant, Castrensis,

tis, quem ferè omnes secuti, *Conf.34.n.2.& 4.vol.2.* Dec. *Conf 2.n. 165.vol.1.& Conf.5.n.17.& seq.vol.4.* Cravet. *Conf.135.n.2. Conf. 404. n.15.& Conf.411..n.48.& Conf. 983. n.1.* Menoch. *Conf.601.n.1.vol.7.* Pancirol. *Cõf.119.n.40.& seqq.* Peregrin *Conf.3.n.44. vol. 2* Pacian *Conf.149.n.3.& seqq.* Cacheran. *Conf.9. n. 2. & 3.* Prosper Farin. *in praxi Criminal.quæst.29.n.110* Schrader *de feud.part. 2.part. princ. 9. sect.10.n.36.& seqq.* Gail. *lib.1.de pac.public.cap.6.n.10.* Dauth. *de testamentis.tit.de causa efficient.n.37.* Caspar Glock *de contribution. thes.9.* ad ejus exemplum quoq; præter ordinarias statas, omnis generis indicere possint, Bald. *in c.un.n.6 quæ sint regalia. 2. Feud. 56.* Bart. *in l.actor.C.de re judic.* Scipio *lib 3. decis. Cameral.132.* cum in toto † partem contineri verum sit, Scaliger. *lib.4. de caus. Latin. 142*
Linguæ. cap. 101. post princ. & species sub genere † positæ caudas 143
adinvicem colligatas habeant, glossa *in c.accusatus.8.§.cum vero verb.judicem.de hæretic.in 6.* & qui una specie † collectarum usus, 144
omnes ejus Juris species, etiam de novo emergentes, acquisivisse dicatur, Alexand. *Conf. 68. n. 18. & 19. & Conf. 210. volum. 2.* Schurf. *Conf.28.n.28 & 29.& Conf.59.n.26.& seq.cent.1.* Modestin. Pistor. *Conf.4.n.41.volum.1.* Dn. Socer Harpprecht *princ.n.208.& seq.Inst.de usucapion.* Reinkingk *de regim.secul.& Eccles.lib.1.class.5. cap.4.n.169.& seq.* sicq; , & quod regalia habeantur, sæpius votando & decidendo in Camera Imperiali conclusum, Meichsner. *tom.2.decis.Camer.lib.1.decis.6.n.129. §.quamvis enim. & n.40. & tom.3.decis.1.n.13.* Gylman *lib.2.rer.judic. decis.14. n. 27. & Symphor.tom.1.part.2.tit.6.vot.1.n.33.& vot.4.n.20.35.& 42.& vot.6.n. 4. & 5.* Tileman. de Benignis *Syntagm.2.decad.1.vot.5.n.37. & vot. 6. n.4.& seqq.* Rutger Rulant *part.4.lib.2.de commiss.cap.6.n.1.* ubi in caula Augspurg contra Pfaltz Neuburg/ Ingelheim contra Pfaltz/ & Wangen contra alle Bawern zu Labes / ita observatum esse scribit Dn. *Bocerus de collect. cap. 1. n. 20.* & Besold. *d. Conf. n.79.*
Quod autem quidam Jurisdictionem † fundamentum opi- 145
nantur collectarum, Cravet. *Conf.195.n.1.& Conf.201.n. 4.* Natta *Conf.487.n.22.vol.3.* Anchoran. *Conf.10.n.1.& seqq.* Paris. *Conf.23.n. 51.& seq.* Thomat. *de collectis.§.molestia.n.6.& 7.* Decian. *Conf.42.n. 41.volum.2.* & has illius fructus & reditus *per l.munus. & ibi* Alciat. *ff.de V.S.* Thomat. *d.loc.§.exactio.n.26.§.subueniunt.n.19.§.molestia.n.7.& 9.& §.exactis.n.36.* Anchoranus *Conf.218.* Nicol. Festas.

de æstimo & collect.part.2.cap.2.n.1. Tileman.de Benignis *syntagm. 2.decad.1.vot.5.n.2.* Goedd. *Cons.Marp.16.n.73.& 74.volum.4.* non simpliciter ita accipiendum, sed tum demum procedit quando comuni decreto communitatis, ob necessitatem ejusdem, imponuntur, non autem quando per modum præcepti aut jurisdictionis decernuntur, Wesenbec. *Cons.27. n. 20. & 26.& Cons. 45.n.21.vol.1.* Sixtin. *lib.2.de Regal.cap.14.n.22.& seqq.* Johañ. Köppen *quæst 32.n.2.* Thomat. *d.loc.§.ne scienter.n.1.4.& seqq.* Winzler *de collect.Obs.4.* Bocer. *de collect.cap.1.n.24.& cap.5.n.9.* Matth. Stephani *lib.2.de Jurisdict.part.2.n. 40. & seqq.* vel etiam procedit per modum præcepti, quando loci dominus pro utilitate & necessitate communi collectam mediocrem & decentem indicere intendit, *per text.in l.omnes 12.C.de operib.public.l.neq; societas.1.§ quibus autem.1.& § quod si nemo.2.ff.quod cujusq; univers.nom.* Bocer. *d. ctis locis.* qua ratione, ut locus seu villa collectas solvens, ita etiam collectas ipsas de territorio esse respondit, Alexand. *Cons.55.n. 4.volum.4.* Gutierrez *lib.3.quæst.civil.15. n. 20.* Decian. *Cons.41.n.41.volum.1.* Cothman. *Cons.11.n.41.volum.1.* Caspar
146 Klock *de contribut. thes. 6. lit. B.* Nullo verò modo † Baldo *in l. etiam.5.n.13.C.de execut.rei judic.& l.more majorum 5.ff.de jurisdict.* Nicol. Festas *de æstimo & collect.part.2.cap.2.n.3.& seqq.* Bidenbachio *quæst.Nobil.7.§.de collectis.&* Fichardo, *Cons.20.n.8. & 9. vol. 2.* qui Jus collectandi mero adscribunt Imperio, der Kreißlichen Obrigkeit/ astipulari possumus : Diversissima siquidem
147 † sunt, & separata, Thomat. *d.loc.§.exactio. n. 23.* Gyland. *decis.11. n.6.& 12.lib 1.* Wesenbec. *Cons.45.n.8.vol.1.* Gyiman. *tom. 1. Symphor.part.2.tit.6.vot.6.n.22.* & Jus collectandi in pecunia, unde
148 fortè rectius mixto † imperio adscriberetur, Besold. *in thes.pract.*
149 *verb.* Stewer *§.Jus collectandi.* hoc verò † in sanguine consistit: Est namq; potestas gladii ad animadvertendum facinorosos homines, *l.imperium.3.ff.de Jurisdict.l.solent.6.in princ.ff.de offic.procons.l.illicitas.6.§.qui universas.ubi gloß.ff.de offic.præsid.l.quæcunq; 1.ff. de offic.ejus cui mand est jurisdict.l.cum Divus.1.C.qui non poß. ad libert.perven.* & quidem publicæ vindictæ causa, *l.congruit.13.ff.de offic.præsid.l.locatio.9.§.quod illicitè.1.ff. de public. & vectigal.* Scipio Gentilis *lib.3.de Jurisdict cap.2.& seqq.* ubi notatu digna, à qua potestate Jus indicendi collectas longè differre patet omnibus :

bus; & certè ut merum imperium species sit Jurisdictionis, *d. l. quæcunq. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd. & constit. de pace Constantiæ. §. Nos verò Romanorum.* constat tamen quod Jurisdictio & regalia † species sint oppositæ, *c. un. de decim. in extravag.* 150
commun. Bocer. *d. loc. cap. 5. n. 10. & seq.* & proinde de una † ad alteram non rectè argumentum dicatur, *l. fin. ff. de calumniat. l. Papinianus exuls. ff. de minor. l. Quintus Mutius. 10. § argento 3. ff. de aur. arg. mundo legat. l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. ff. de acquir. possess.* Johann. Anton. Lonar. *Cons. 16. n. 13. & Cons. 77. n. 9. & seq.* Goedd. *Cons. Marpurg. 17. n. 83. & Cons. 37. nam. 1114. volum. 4.* qua propter etiam hæc opinio in causa Z. contra D. 10. Mart. 1563. rejecta, & latius notata in causa Speyer contra Speyer / item Z. contra H. Besold. *in thesaur. pract.* verb, Stewer/ §. *Jus collectandi.* sed ut, juxta Poetam, quem refert Melanchthon *in præfat. libelli de Anima*, 151

οὐδεὶς † ἀνθρώπων ἐστὶν ἅπαντα σοφός. 152

sic omnium habere † memoriam, & in nullo penitus errare divinitatis magis, quam humanitatis est, *§. si quid autem. de confirmat. Digest. l. tanta. 2. § si quid. 14. C. de Veter. Jur. Enucleand. l. peregrè. 44 in princ. ff. de aquir. vel amitt. poss. l. si arbiter. 28. ff. de probat.* Casaubon. *Exer. in Baron. diatrib. 13.* non negabimus tamen, si possessio collectæ sit vacans, nec alius istic loci regalia possideat, *l. possideri. 3. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Zas. *Cons. 10. n. 7. volum. 1.* quin is qui Jurisdictionem † habet, collectas, quas implicitè possidere videtur, imponere possit, Corn. *Cons. 33. n. 2. lib. 1.* Natta *Cons. 636. n. 78.* Gravet. *Cons. 662. n. 10.* Decian. *Cons. 41. n. 41. volum. 1.* Tiraquell. *de Jure primogen. quæst. 69. n. 7.* Thom. Michael. *de Jurisdict. thes. 48. lit. C.* prout in Camera ita judicatum fuisse refert. Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 74. n. 6. lit. F.* Cothman. *Cons. 3. n. 256. volum. 4.* Rutger Rulant *lib. 2. de Commiss. part. 4. cap. 6. n. 1. & 8.* Casp. Klock *d. loc. thes. 6. lit. B.* Ego *de collectis §. 22.* Waremund. ab Ehrenberg. *de subsid. fol. 72.* Maul. *de homag. cap. 9. n. 14. & 18.* Besold. *d. Cons. n. 80.* Et sanè, ut modò de quovis Imperii Statu locuti sumus, & proinde, ut † generaliter loquentes, neminem exclusimus, *l. si pluribus. 31. ff. de legat. 1. l. Julianus. 68. ff. de legat. 3. l. à procuratore. 13. C. mandat. c. solitæ. de major. & obed.* Decian. *Cons. 7. n. 94. vol. 1. Festas. de collect. part. 4. cap. 7. n. 51.* Scipio Gentilis *lib. 3. de Jurisdict.* 153 154 155

156 *risdict.cap.23 paulo ante finem.* sic etiam † hoc collectandi Jus ad Comites & barones non solùm, utpote qui non minus, quam principes, regalem dignitatem, & cum iisdem & Comitibus votum sessionemq; in Comitiis habent, & ad principum classem referuntur. Statusq; sunt, ut passim ex Imperii Recessuum subscriptionibus patet, glos. *Clement. 1. verb. regum. de baptism.* Paris. *Cons.25.n.63.vol.1. & Cons.141.n.29.vol.4.* Bellon. *Cons.51.n 5. Cons.59.n.9.* Cravet *Cons.314.n.1.* Ascan. Clement. *de patr. potest. effect.2.n 41.limit.4.* Festas *d.loc.part.2.cap.2.n.12. & seqq.* Besold. *de Comitib. & Baron.n.20.* post innumeros, quos adducit, autores, Schrader. *de feud.part.10.sect.1.n.22. & multis seqq.* Paurmeister. *lib 2.de Jurisdict.cap.2.n.23.* Pruckman. *Cons.27.n.17.volum 1.* Knichen *de Jure territ.cap.1.n.331. & seqq.* Bernhard. Bertram *de Comitiis.conclus.70.* Reinkingk *de regim.secul. & Eccles. lib.1. class 4 cap.*
157 *15.per tot.* ubi de Baronibus specialia plura, verùm etiam † ad liberas & Imperiales, utriusq; lateris vel scamni, uti nostro idiotismo pronunciamus, Rhenanæ scilicet & Sueviæ ditionis, Rheinische vnd Schwäbische Banck extendimus, Nicol. Reusner. *de Urbib. German. Imper. lib.1.fol.25.* Paurmeist. *lib 3.de Jurisd.cap.ult.n.15.* Bocer. *de collect.cap.4.n.31.* Knichen *in velitat. apologet.n.91.* Besold. *de Jur. & Imper. Imperial. civitat. n. 7.* Li-
158 cet enim † partium suarum studio occæcati sint quidam Aulico-Politici, & inter eos quoq; Knichenus noster, & Jura territorialia liberis Imperii civitatibus ideò denegent, quod scilicet Jura territorialia iis tantum ditionibus competant, quæ in Ducatum, Marchionatum &c. erectæ, vel aliam dignitatem regalem annexam habeant, & feudi lege recognoscant. *per c.quia de feudis.post princ.1.Feud.1.c.de Marchia.1.Feud.4.* Curt. senior *Cons.68.n.5.vers. & minus.n. 6.* Petra *de potest. principis cap.22.n.149.* Knichen *in velitat.apologet.n.12. & seqq. n. 102. 110. & seqq.* & quod Superioritas territorialis die Landes Ober oder Herrligkeit non nisi jure quodam principatus, *Bart. in l.fin. C. ubi & apud quos.* Natta *Cons.149.n.19.* Menoch. *Cons.197.n.18. volum. 2.* Knichen *de jure territor.cap.1.n.422. & seq. & de Saxon. non provoc.*
159 *jure.verb.Ducum.cap.4.n.60. & seq.* unde etiam, ut aliàs, † à potiori, Paul. de Oriano *in l.1.n.83.ff.de offic.ejus cui mand.* Alciat. *in l.1.*

§.eandem

§.eandem autem.n.42.ff.de Verb.Oblig. Chassan.*in catal.glor. mund. part.1.consider.17.* Cocheran.*decis.105.n.10.* Gurt. jun. *Consil. 44. n.5.* Cravet.*Consil.638.n.17.* &, ne otiosas citationes, ut loquitur Knichen *dict.velit.apologet.n.140.* conglomerem, Pruckman. *Consil.27. n.106.volum.1.* fit denominatio, & Lands Fürstliche Obrigkeit appellatur, & de essentia † principis est, eiq; medullitus adhæret, 160
Hünner/Weck/Käß/ Eyer und dergleichen. Reformat. Norimberg. tit. 33. lib. 4. fol. 132. §. 5. Item an Getraid/Rocken/Habern/ꝛc. Meichsner. tom. 2. part. 1. decis. 8. n. 3. fol. 796. ubi hæc verba: gibt drey Weisser/und alle Weissad sechs Pfenning: ita interpretatur & extendit, ut quis per talem præstationem subjectus esse recognoscatur, Wehner. in pract. Observ. verb. Weissath/Weissung. quod tamen non simpliciter ita procedit, sed certo modo restringendum, & cum grano salis accipiendum est: potest quippe aliquis agri & prati alicujus respectu talia munera
exolvere, exinde tamen, † quod usus & experientia docet, sub- 424
ditus non esse: cum cognitum sit, bonorum possessionem personam non afficere, utpote quæ sola subditum non faciat, l. libertus 17. § sola. 5. ff. ad Municip. Vult. lib. 1. de feud. cap. 6. n. 5. Meichs-
ner. tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 58. neq; † publici juris autoritas propter 425
solam domus vel possessionis causam quicquam subjugari si-
nat, l. cum neq. 4. C. de incol. lib. 10. Neq; adversatur, quod quis † 426
ratione bonorum forum sortiatur, & conveniri possit coram eo, in cujus districtu bona sita sunt, aut à quo bona habet, l. pupillo. 27 ff. de tutor. & curat. dat. ab his. l. Titium & Maevium. 47. §. tutores. ff. de admin. tut. l. fin. C. ubi in rem actio. c. sane. c. fin. de for. compet.
Quia hoc argumentum † à separatis omninò infertur: Longè 427
enim aliud est forum sortiri, aliud itidem subditum esse, Gail.
lib 2. Obs. 36. n. 15. Nam & ratione † contractus, in loco, ubi 428
quis contraxit, quis forum sortitur, l. heres absens. 19. §. si quis. 1. & §. proinde 2. ubi Barbosa n. 94. & Lex igere. 65 ff. de judic. tot. tit. C. ubi de crimin. ag. oport. Nov. 15. cap. 6. §. 1. Nov. 60. cap. 1. c. Romana. §. contrahentes. & §. nec etiam. de for. compet. in 6. Capell. Tholosan. quæst.
103. Gail. d. loc. n. 14. & vasallus † coram domino feudi, c. cæterum. 429
de judic. & dominus † coram paribus curiæ, hoc est, vasallis suis 430
forum sortitur, & conveniri potest, si cum vasallo lis sit in causa feudum concernente, c. 1. §. si inter. de alienat. feud. patern. c. 1. de feud. sine culp. non amit. Clar. in §. feudum. cap. 12. conclus. 12. Mynsing.

ſing. *cent. 1. Obſ. 99. & cent. 5. Obſ. 75.* Zaſ. *de feud. part. 11. n. 11.* quis ta-
431 men † propterea diceret dominum fieri ſubditum parium, Reink. *lib. 1. de regim. ſecul. & Eccleſ. claſſ. 4. cap. 1. n. 35. 36. 39. & ſeq.*
432 II. Erbzinns/ † quæ præſtant ruſtici de prædiis, quæ colunt, utpote vel nummos, vel groſſos aliquot, Silberzins/ Zinnsgeld/ vel aliquot modios frumenti, Sackzehend / Gült oder pachtgetraid / alibi gallinas, anſeres, Zinnshünner/ Faßnachthünner/ Herbsthünner/ item ceracenſus, Wachszins/ ova/ Faßnacht oder Weiſſat Eyer/ Caſeos/ Pfingſt Käſe/ Wehner. *in pract. Obſ.* verb. Dingnotul/ Dienſt/ ꝛc. §. *redeundo nunc ad operas noſtras, &c.* ſub quibus comprehenduntur, præter jam dicta, etiam culinaria alia, quæ quotannis dominis ſolvenda: Als Kühe / Hammel oder Schöps/ Schafe/ Lambsbauch/ Gännsbauch / Kalbfleiſch/ Gänſe/ Capaunen/ Hanen/ Hünner/ Eyer/ Butter/ Käſe/ Hering/ Weißbrod/ Saltz/ allerhand Gewürtz/ Honig/ Wachs/ Unſchlet/ Erbſen/ Haber/ Mohn/ Hanff/ Flachs/ und was ſich eines oder deß andern Orts minder oder mehr findet. Fürſtl. Sächſiſche Coburg. Ampts Inſtruction. Autore ſecretioris Conſilii præſide, & Cameræ directore, Nobiliſſimo Domino Chriſtophoro vom Hagen auff Wimmelburg/ collega & amico meo paterno, publicata, tit. Beſtändige Zinnsgefäll außwärtiger Orten. §. An bebeſtändigen Zinnſen zu Geld berechnet. Sunt autem attactæ gallinæ cenſuales varii generis, ut Faßnachthünner/ Herbſthünner/ Pfingſthünner/ Zinnshünner/ Sommerhünner / Hurrenhünner/ Laubenhünner/ Leibhünner/ Haupthüner/ & variè à colonis dantur, zu halben Hünnern/ halben Gännſen/ dritthalb Herbſthünern/ drittheil / zwey drittheil einer Hun (quod Trunſtadii obſervavi) viertheil einer Hun/ viertheil einer Ganns/ ut exempla in promtu, & interdum caro datur. als dreyer Pfund ſchwer Fleiſch/ quo de videndæ literæ anno 1380. ſcriptæ, ubi dreyer Pfund wehrt Fleiſch nach Hennguld macht fünfftehalb Pfundheller. Item Kaphan/ Tauben/ Ehrnhüner. Wehner. *d. loc.* verb. Faßnachthüner.
433 III. Rauchhünner/ † ſo auß den Häuſern und Hofſtädten gegeben werden. Beſold. *in theſ. pract.* verb. Camin. & ita dicuntur, quia illæ gallinæ in altum ſe elevant, & ibi requieſcunt & nidificant, & proinde altitudinem Juris ſignificant, & in dubio,

cæteris

cæteris paribus, merum imperium denotant, Tileman. de Benign. *Obs. pract. pentecost. 5. Obs. 1.* Hering. *de Molendin. quæst 33.* Husan. *de hominib. propr. cap. 6. n. 64.* Besold. *d. loc.* verb. Leibeygne Leut. *à princ. §. velut si paciscatur.* solvunturq; una vel altera singulis annis, certo mense, in signum dominii & Jurisdictionis, Zas. *lib. 1. singul. respons. 3. n. 79.* Cothman. *Cons. 42. n. 33. & Cons. 45. n. 126. volum 1* Pruckman. *Cons. 21. n. 83. volum. 1.* Schepliz. *ad Consuetud. Marchic. part. 2. tit. 3. §. 8. & 9. n. 6. & seq.* hinc & si nobilis particulariter unum vel duos subditos sub alterius territorio universali, habet, & illi subditi annuatim gallinas hereditarias dant, vulgò Rauchhünner/per hanc qualitatem super subditis illis etiam Jurisdictionem habere intelligitur, Köppen *decis. 48. n. 24.* modò tamen talis † consuetudo, quæ omnium Juris- 434
dictionum origo & forma est, *l. 2. §. exactis. ff. de Orig. Jur. l. 1. C. de petit. bonor. sublat. lib. 10.* Bald. *Cons. 439. n. 1. lib. 3.* Guido Papæ *decis. 263.* Cravet. *Cons. 238. n. 7.* & qualis apud Comitem zu Sultz im Glöckhaw/da ein jeder Unterthan/so ein eygen Rauch hat/vnd in die Gemeind gehet/Jährlich ein Henn/quæ Rauchhenn vocatur, seinem Herrn/in subjectionis signum erlegt/ reperitur, Besold. in d. thes. pract. verb. Rauchhünner/Faßnachthünner. probetur, & alia adminicula concurrant, Husan. *d. loc. n. 64.* Cothm. *Cons. 45. n. 164. & seq. vol. 1.* Ad obsequium autem † magis, quam ad 435
operas pertinere videntur hæ gallinæ, & in libertis honoris argumentum magis, quam oneris esse videntur, quanquam alicubi & à servis pendantur, Goldastus *tom. 3. rer. Alamann. fol. 78.* Wehner. *in pract. Observ.* verb. Faßnachthünner. verb. Hauptrecht. & verb. Leibeygenschafft. quæ munera & onera tamen, ut ut Franciscus Milanensis *lib 2. decis. 9. n. 16.* aliud sentiat, pro ratione & temporum circumstantiis, † quæ omnia Jura variant, 436
l. prætor ait. 4. § decereq. 12. ff. vi bon. rapt. l. Fulcinius. 7. §. cum hoc edictum 2. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. Pomponius. 15. ff. de neg. gest. l. Pedius. 4. §. Divus. 1 vers. omninò ff. de incend. ruin. naufrag. l. aut facta. 16 ff. de pæn. Menoch. *Cons. 202. n. 15. & seq. vol 2.* Bertazol. *Cons. 19. n. 1. & Cons. 85. n 33. civil.* Zuntus *pro m. ore. n. 324.* Vult. *Cons. Marpurg. 43 n. 40. volum. 4.* à dominis, † subditis ad stipem ferè redactis 437
Christianè remitti, & locum invenire debet illud prætoris, quod Baldus dicit, Spiritum Sanctum in os prætoris collocasse,

se, nempe; quod quisq; Juris in alterum statuerit, ut ipse eodem Jure utatur, *l.1.§.1.& l.3.ff. quod quisq; juris.* &, quod vultis ut homines vobis faciant, idem faciatis & ipsis, Matth. 7. *vers.* 12. Luc. 6. *vers.31.c.humanum genus dist.1.l. ratos. in fin. C. de rescind. vend.l.ult.C.de fruct.& lit.expens.l.portionem.C.de comm.rer.alienat.* Damhauder. *de subhastat.cap.5.n.28.& seq.* Gœdd. *Cons. Marpurg.* 17.*n.112.vol.4.* juxta sacræ scripturæ gnomonem indeviabilem, naturalis rationis & æquitatis dictamen, Molinæus *in Consuet. Paris.tit.1.§.1.gloss.9.n.21.* Nos *Consult n.70. volum.1.* aut si non omninò remittenda,†tamen ad certum in catastro præscriptum
438 pretium exsolvenda, Wehner. *in pract. Obs.* verb. Anschlag. §. *gallinarum.* Besold. *thes. pract.* verb. Anschlag. Berlich. *lib. 1. conclus. 83. n. 78.* Zorer. *quæst. 11. n.753. & seq.* Et IV. Haupt-
439 recht/†quod quamvis tantum in casu existentis mortis, & quidem certis tantum modo locis, præstatur, quia tamen munus non vile est, aliquatenus attingere libet: Est autem tale, quod si dominus moriatur subditi certam pecuniam, pro consuetudine regionis, ejus liberis & heredibus solvere teneantur, vel si subditus, sine liberis, decedat, domino Jure clientelari, vel dimidia vel tertia aut quarta pars bonorum, Menoch. *lib. 2. A.I.Q.quæst.230.* Adam Keller. *de success.ab intestat.tit.27.n.3.& seqq.* Mager. *de Advoc. Armat.cap.6.num.755. & seqq.* vel optimum jumentum, equus, bos, vacca, aut aliud animal, Petr. Gregor. Thol. *lib.3.de Republ.cap.5.n.4. vers. fertur & apud Leodienses fuisse lex.* aut pretiosissima vestis debeatur, Stumpf. *lib.4.Chronic.Helvet.cap.27.* Crus. *part.3.Annal.Suevic.lib.10.cap.11.fol.575.* Ghoppin. *de LL. And.cap.47.n.9.fol.384.* Knichen *de Vestitur.pact.part.2.cap. 3.n.24.& seq.& cap.4.n.295.* Rosenthal *de feud.cap. 2.conclus.64.n. 2.& cap.6.conclus.66.n.2.* Sichard. *in l.libertorum.11. n. 4. C.de testib.*
440 pro quibus tamen ex æquitate† ferè semper certa pecuniæ summa solvitur, wird das verfallene Haupt oder Viehe umb halb Geld/ oder wol umb den dritten Pfenning gelöset / vel etiam dominis
441 ab heredibus defuncti pecuniæ summa,† ratione ad patrimonium defuncti habita, præstatur, Zas. *lib.1.singul.respons. cap.3.n. 79.* Besold. *in thes.pract.* verb. Hauptrecht/Todtfall/Todtehand. & hoc valde usitatum est in districtu Egrano, (ubi per aliquot annos Syndicum olim egimus) & Franconia, & alibi in Klö-
stern

stern vnd Hospitallen. Vocaturq; † Jus caduci, Jus luctuosum & 442
mortuarium, Sichard. *d.loc.* Rudolph. Hospinian. *lib. 4. de Origin. Monachor. cap.* 24. Stamm. *de homin. propr. cap. 22. n. 8.* Caspar Klock *de contribut. conclus 3.* Wehner. *in practic. Obs. verb.* Hauptfälle/Hauptrecht/2c. Extat in hanc rem diploma fundationis montis S. Michaelis extra Bambergam, Henrici II. Imperatoris, (quod integrum refert Mager. *d. loc.*) ubi habetur: Censum autem ultimum, per quem utiq; omissa vel neglecta supplentur servitia, Jus videlicet capitale à viris decedentibus, optimum equum, vel, si equo carent, optimum caput pecoris, & à fœminis induvias & exuvias transmitti ad Ecclesiam ordinamus, Caspar Bruschius Egranus *de Monasteriis German. fol. 87.* B. Knichen *d. loc. de Vestitur. pact. lib. 2. cap. 3. n. 25.* Besold. & Wehner. *dictis locis.* Et pro diversitate & † more regionis, qui omninò 443
observandus, Paulus (uti opinatur Casaubonus *Exercit. in Baron. 16. diatrib. 147.*) ad Hebr. *13. vers. 4. c. 1. cum ibi notat. de sponsal.* Abbas *in c. cum inhibitio n. 9. de clandest. desponsat.* Nicol. Boer. *decis. 40. n.* 4. Socin. senior *Cons. 81. n. 21. inter matrimonialia.* Dionys. de Francischin. *Cons. 60. n. 22. volum. 1.* Anton. Gravet. *Cons. 81. n. 31.* Vult. *Cons. Marpurg. 5. n. 11. vol. 1,* Cothman. *Cons. 34. n. 164. volum. 3.* Jacob. Henrichman. *Cons. 17. n. 23. in fin. inter matrimonialia. vol. 2.* Variat, † in plerisq; enim locis magistratus paganus bovem, 444
& pastor loci gallum gallinaceum, den Haußhanen / æditus verò ein Bratwurst capit, Stuckius *Exercit. Justin. part. 1. decad. 8. assert. 6. lit. E. fol. 331. ad fin.* in aliis verò, ut in Hassia & circumjacentibus locis, teste Johanne Hermanno Stamm. *de homin. propr. cap. 22. n.* 7. domini tertiam quidem bonorum partem non habent, sed defuncta muliere, domino melius vestimentum, viro verò defuncto equus vel bos melior debetur. Et in Marchionatu Baden vnd Graffschafft Eberstein/ wird kein Hauptfall gegeben/ wann das Gut bey lebendigem Leib einem andern übergeben wird/ doch muß der Vnterthan noch so starck seyn / daß er über den Tachtrauff vor das Hauß gehen / vnd die übergebung auff der Gassen thun kan/ referente Besoldo in thes. pract. verb. Hauptrecht. circa finem.

Quibus adventitiis muneribus V. accensetur † Jus civitatis, quod ab advenis, certa pecunia, redimendum, prout 445

Actor.22.vers.28. factum legimus, ibi: ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. Daß man das Burgerrecht inner Jahr und Tag empfahen muß. & passim in Germaniæ civitatibus incolatus ex Consuetudine vel statuto, post annum acquirendus, nec advenæ, nisi jura civium redimant, diutius año feruntur, quod propter communia civium onera summam habet æquitatem. Gail.lib.2.Obs.35.n.8. Petrus Wesenbec.Cons.1.n.15. Vocatur autem talis pecunia Einzug/Einstand/Auffnahm Auffahrt/Auffzuggeld/ Burgergeld. quod quidem Juri nostro ferè incogni-
446 tum, moribus † verò satis notum: ubi vix ac ne vix quidem incola pro cive habetur, civiumq; commodis fruitur & gaudet, nisi prius magistratui consuetam & præscriptam summam exsolverit/ Er habe dann zuvor umbs Burgerrecht angesucht/ und dasselbe empfangen oder gewonnen. Knichen de Vestitur.pact.part.2. cap.4.n.293.& seq. Johann.Köppen decis.11.n.4. Wehner.in pract. Obs.verb. Burger/Burgerrecht. §. interdum welchs Burgerrecht certa pecunia erkaufft. Schepliz ad Consuetud. March.part.3.tit.8.§.
447 13.& 14.n.6. Tandem VI. Jus detractionis, † quod est, quando vel de bonis in peregrinitatem translatis, vel à subditis aliò se conferentibus, & facultates suas extra territorium transferentibus, certa quædam pro locorum diversitate, diversimoda portio exsolvenda est, R.A. de anno 1555. §. Wo aber unsere auch der Churfürsten/rc. quam vulgò Nachsteuer/Abzug/Abfahrt/ Abschoß/Außlösung/Abschiedung/ Weglösung / Abkauffung der Leibeygenschafft/rc. appellant, & jus quoq; luendi dicunt, & pas-
448 sim † moribus obtinuit, Choppin. de LL.And.lib.1.cap.9.num.5. fol.153. Zas. in l.2.§.ad hoc.n.6.verb.curias.in fi.& n.27.ff.de Orig.Jur. Sichard.Cons.5.in princ.part.1.& Cons.5.post princ.part.2.Gail. lib. 2. Obs.35.n.9.& Obs.36.n.10.Thoming.Decis.26.n.38.Petrus Wesenbec.Cons.1.n.28.Berlich conclus.52.n.10.part.2. nec ratione caret,
449 qui enim lares † immutat, hactenus percepit imunitates, privilegia, & commoda istius loci, unde & meritò redhostimentum dependit, Köppen decis.5.n.3.Knichen part.2.de Vestitur.pact.
450 cap.4.n.288.& seqq. Solvitur † autem quandoq; decimaquinta pars bonorum, ut in Marchia, teste Köppen d.loc.num.5.& seqq. Pruckman.Cons.48.n.13.& seq.volum.1. quandoq; decima, ut in Palatinatu, Churpfaltz Lands Ordnung. tit. 7. Francofurti ad Mænum,

Mænum, Reformat. *part.6.cap.6.§.4.* Bambergæ, & alibi, Gylman. *tom.4. Symphor. part.1.n.364. fol. 290.* Wehner. *in pract. Obs.* verb. Nachsteuer. interdum quarta, quandoq; tertia, aut plus minusve, R. A. de anno 1555. §. Wo aber unsere. §. und so viel. & §. also auch. & de anno 1594. Andr. Rauchbar *lib. 1. quæst. 15. in princ. & per tot.* Cothman. *respons. Academ. 19. n. 3.* Petr. Frider. *lib.1. de process. extrahend. cap. 30. n. 2.* Neq; tantum modo in civitatibus Imperialibus, Nurmbergæ, Spiræ, Augustæ, aliis, viget, Gail. *d. l. n. 10.* Rauchbar. *lib.1. quæst.15. n.2. in fin.* Dauth *de testament. de Mater. testam. circa quam. limit. 24. num. 69.* amicus noster Johann. Adam Dappius *de civitat. Imperial. fol. 32.* Berlich. *part.3. conclus.51. n.8. & 9. & conclus.52. n.7.* sed & in † omnibus Germa- 451
niæ locis, Köppen *d. decis.5. n.1. in princ.* & sic quidem receptum est, ut etiam civitates † provinciales id Jus sibi vindicent, etiã 452
eæ, quæ sub unius principis Jurisdictione sunt, sub diversis tamen curiis agunt, & subditi in diversis civitatibus & pagis habitant, Dauth. *d. loc. n. 69. in fin.* Rauchbar *d. loc. n. 6. in fin.* Joachim Scheplitz *ad Consuet. Marchia part.3 tit.8. §.3. n.3. & seq.* Berlich. *d. conclus.51. n.16. & conclus.52. n.20.* quod tamen, quia † hoc Jus Re- 453
galibus, (quibus municipia, ut supra n. 400. docuimus, carent) adscribi debet, Besold. *thes. pract.* verb. Abschoß/ Abzug/ Nachsteuer. §. *verùm Juris ratione inspectâ &c.* & iniquum, † odio- 454
sum & rigorosum est, Tuschus *tom.4. pract. conclus.3. lit. G. n.1. & seq.* Rauchbar *quæst.17. num.26. & seqq.* Jacob. Schultes *in admit. ad* Modestin. Pistor. *quæst.124. n.122. sub fin. part.2.* Berlich. *d. conclus. 51. n.26.* mihi valde displicet, & omni ratione destitutum videtur, † si subditus ex uno loco in alium ejusdem territorii demi- 455
grat, sub eodem principe, nulla enim translatio dici potest, uti nec renunciatio privilegiorum aut subjectionis, Castrens. *in l. hujusmodi. 84. §. legatum 10. ff. de legat. 1. arg. l. privilegio 27. Cod. de decurion. lib.10.* Gregor. Lopez *part.4. tit.24. l.5. verb. son quarto fol. 61. in terminis propriis* Knichen *part.2. de Vestitur. pact. cap.4. n. 290. 291. & 292.* quod & laudatissimè in Marchionatu Brandenburgensi & Electoratu Palatinatus observatur, Churpfalz Landsordnung. *tit.7.* licet contrarium † in districtu Saxo-Coburgico in 456
causa Eißfeld contra Dorotheam Körnerin/ ante hos viginti

annos practicatum observârim. videatur Wehner. *in pract. Observ. verb.* Nachsteuer. §. *de consuetudine ferè & hac observan-*
457 *tur.* Ab hoc autem onere, quod tam † à mobilibus, *Besold. de*
458 *ærar. publ. cap. 4. §. 14. n. 3.* quam † immobilibus, *Bald in l. mercatores. 4. n. 2. C. de commerc. & mercat.* Alexand. *Cons. 31 n. 15. vol. 1.* Schepliz *d. loc. §. 6. num. 3. & seq.* Autor decis. Cameral. *verb.* Freyen und Reichs Städt. §. *quantum ad hanc attinet.* Berlich. *part. 3. conclus.*
459 *52. n. 64 & seqq.* tam † parata pecunia, Alexand. *d. loc. n. 7. & Cons. 19. n. 6. vol 6.* Carol. Molin. *in Consuet. Paris. §. 1. gloss. 4. verb. mettre*
460 *cosa main. n. 9. Coler. de process. executiv. part. 1. cap. 3. n. 239.* quàm † no-
461 minibus, *Besold. d. loc.* Berlich. *d. loc. n. 73. & seqq.* tam † legatis. Rauchbar *d. part. 1. quæst. 16.* Besold. *d. loc. n. 3. in fin. & in thes. pract.* verb. Abschoß. §. *ac utrum peregrinus.* Köppen *decis. 6. n. 16. usq. ad*
462 *fin.* Berlich. *d. conclus. 52. n. 39. & seqq.* quàm † fideicommissis & aliis præstatur, *Bart. in l. nemo. 5. n. 1. vers. unde si imponeretur. ff. de in integr. restit.* Jason *in l. Gallus. 29. §. videndum. n. 10. vers. secundò adde, quod vult ff. de lib. & postum.* Card. Tuschus *tom. 4. pract. conclus. 16. lit. G.* ubi in causa Sebastiani à Brandis ita judicatum fuisse re-
463 fert, Berlich. *d. loc. n. 56.* immunes † sunt tam Clerici, quam Lai-
464 ci. Laici, si sint † Nobiles, & prædia non civilia, sed nobilia habeant & libera, *per text. l. universi. 5. C. de vestig. & commiss.* Tusch. *d. loc. conclus. 5. n. 9. & 13. lit. G.* Schepliz *d. loc. §. 25. quæst. 1. n. 1. & seqq. & quæst. 2. n. 1. & seqq. per tot.* Berlich. *d. loc. n. 27. & 29.* Besold. *in thes. pract.* verb. Adeliche Lehen und Güter. §. *sic & rusticus.* Clerici,
465 † sive sint Ecclesiastici, Schepliz. *in Consuet. March. part. 3. tit. 8. §. 7. n. 6. & seq.* ubi Consistoriales Brandenburg. 1. Febr. 1612. ita pronunciasse testatur, Besold. *Cons. 172. n. 38. & seqq. vol. 4.* sive Po-
466 litici, † quales sunt omnes Doctores legitimè promoti, *Auth. habita. C. ne fil. pro patre. l. medicos. 6. C. de profess. & medic. lib. 10.* qui
467 æquè, ut illi, † in favorabilibus, appellatione clericorum continentur, *l. juri operam. 1. §. cujus merito. 1. ff. de Iust. & Iur.* Francisc. Pfeil. *Cons. 182. n. 10. cent. 2.* Cothman *Cons. Acad. 1. n. 143. & seq. Cons. Acad. 29. n. 4. & seqq. & Cons. 27. n. 40. & seq. & n. 62. & seq.* Schepliz *d. loc. §. 7. n. 12. & seq.* Berlich. *conclus. 52 n. 33. part. 1.* & nos supra *cap. 1. n. 69. & 203.* ex Fulgosio & Gentilibus fratribus probavimus,
468 & cum suis † uxoribus, liberis & relictis viduis omnimoda tali immunitate gaudent, *Bart. in d. l. medicos. 6. n. 1. C. de profess. & med.*

med.lib.10. Bald. *in l. propter honorem 6. n. 3. C. qui bon. ced. poss. & in l. ult. n. 12. & seq. C. sine cens. vel reliqu.* Adolph. Knobl. *Cons. 44. n. 4. tom. 3. var.* Cothman. *Cons. 15. n. 9. & seqq. Cons. 19. n. 4. usq; ad 39. inclusivè, & n. 45. & seqq.* & ibi Joachim. Stephani in subscript. *Cons. 24. num. 14. & seq.* Berlich. *d. loc. n. 30. & aliquot seqq.* prout hoc ita † in Academia Witebergensi observari scribit Rauchbar 469 *d. part. 1. quæst. 15. n. 28.* simulq; Rostochiensis Universitatis infinita præjudicia adducit Cothman. *in terminis d. Cons. 19. n. 4.* & in terminis quoq; de Tubingensis Academiæ totiusq; Ducatus privilegio & exemtione loquitur testimonium à Senatu Academico, hac de re datum, apud eundem Cothmannum *Cons. 26. n. 25. & 26.* & Besold. *de arar. publ. cap. 4. §. 14. n. 3. & in thes. pract.* verb. Abschied. §. in Wurtembergico Ducatu. Neq; mirum est in Academiis & privilegiatis locis id obtinere, cum & † 470 civitates quædam, quæ nihil omninò emigrantibus detrahunt so gar keine Nachsteuer von den auß- unnd abziehenden nemen/ reperiantur, † als Kitzingen in Franconia, &c. Wehner *d. loc. §.* 471 *sunt & civitates quædam.* tota Marchia † Brandenburgensis, teste 472 Schepliz *in Consuet. March. part. 9. tit. 8. §. 13. & 14.* ubi dicit: apud nos & in vicinia non memini me unquam cognovisse, quod civis vel rusticus emigrans cogatur solvere Abzug. & referente Doctore meo Scipione Gentili, *in lectura ad l. ult. C. de edict. D. Hadr. toll.* omnes † in Bavaria, status ubi ante paucos annos in- 473 ter Ducem & Ordines Bavariæ litem ad rebellionem ferè super hac materia motam fuisse dicebat: Serenissimo Duce talia vectigalia urgente & exposcente, Ordinibus verò & Statibus repugnantibus, & se in privilegio immunitatis fundentibus. Sed hæc præfiscinè.

Cap. III.

CAPUT III.

De Muneribus Patrimonialibus Extra Ordinariis.

Summaria.

1 Pyrrhicham Scaliger Maximiliano exhibuit.
2 Munera extraordinaria superant numerum navium Homericarum.
3 Quaestorum, &c. origo antiquissima.
4 Βυλιμία infinita.
5 Et poena aeterna certissima.
6 Munera extraordinaria quae sint.
7 Vocantur modò extraordinaria indictio.
8 Modò Superindictio.
9 Modò extraordinaria impositio.
10 Modò extraordinaria collatio.
11 Modò supererogatio.
12 Modò census, functio, indictum.
13 Et sunt tam pacis quam belli tempore, vel honesta, vel sordida.
14 Honesta pacis tempore, vel conservant, vel defendunt Rempublicam.
15 Fisco aucto arguitur civica pauperies.
16 Princeps damno subditorum ditari non debet.
17 Aerarium silens multum juvat.
18 Impia tributi augmenta omnibus modis amputanda.
19 Ob id Cyrus pater, alii domini & institores dicti
20 Frewleinsteuer extraordinarium munus, & quale.
21 Pacta dant legem contractui.
22 Consuetudo immemorialis tantum potest, quantum Imperator.
23 Extra necessitatis & utilitatis casum, princeps etiam superior, subditos ad contributionem compellere non potest. n. 43. 48. 55.
24 Secus faciens, pro libidine facit, nec naturalem obligationem habet.
25 Et quod de facto exigit, restituere tenetur.
26 Aufert enim proximo panem, eumq; quasi occidit.
27 Contributiones, quae pro nuptiis indicuntur, damnantur.
28 Pauperes divitibus donare coguntur.
29 Item damnantur, quae pro natis liberis.
30 Quae item pro natali die.
31 Utilitas publica praeferenda privatae.
32 Etiam cum damno privatorum.
33 A Justitia abeundum in parvis, ut salvetur in magnis.
34 Reip. interest mulieres habere dotes. n. 42.
35 Dotis causa connumeratur piis causis.
36 Favorem meretur.
37 In ambiguis pro ea respondetur.
38 Ejusq; favore multa contra regulas Juris introducuntur.
39 Frater sorori dotem constituere tenetur, & quando n. 65.
40 Argumentum à patronis ad dominos valet.
41 Collecta pro muris, viis, pontibus reficiendis adprobatur.
42 Necessarium est, foeminas dotari, ut civitas liberis repleatur.
43 Insolitis & novis oneribus nemo subditos gravare potest. n. 48.
44 Onera pro maritandis filiabus sunt nova. n. 46.
45 Erubescimus sine lege loqui, vel aliquid asserere.
47 Unius inclusio alterius exclusio.
48 Ultra annuas praestationes nemo cogendus.
49 Semel decimatum, non amplius decimandum.
50 Ordinis functiones geminis incommodis non sunt oneranda.

51 Pro

51 *Pro imagine principis collecta imponi nequit.*
52 *Dotatio mulierum privatum tantum spectat commodum*
53 *Collectarum Jus competit vel Jure Regalium, vel vi conventionis.n.67.*
54 *Vel consuetudine.*
56 *Conventio & Consuetudo probanda.*
57 *Lex quod non dicit, nec nobis dicendum.*
58 *Favore alicujus introductum, in ejus odium non est detorquendum.*
59 *Elati & ignorantes objectis non respondent.*
60 *Aliud est dos constituta, aliud constituenda, illa favorabilis est, hac non item.*
61 *Dos absq; matrimonio esse nequit.*
62 *Matrimonium verò sine dote.n.66.*
63 *Affectu matrimonia constant, non dotib9.*
64 *Et consensu.*
68 *Jurisprudentia matrona non est facienda meretrix.*
69 *Ubiq; generaliter receptum filias magnatum elocandas.*
70 *Pari causa paria sunt judicia.*
71 *Provisio legis generalis favorabilis singulari appellatione plura ejus generis comprehendit.*
72 *Appellatione filia plures continentur filia*
73 *Singulis filiabus par dos debetur.*
74 *Accessorium sequitur naturam principalis.*
75 *Et tantum accessione exhibet, quantum principale.*
76 *Ad primas tantum nuptias filia elocanda.*
77 *Conditione deficiente deficit res ipsa.*
78 *Obligatio semel sublata nunquam reviviscit.*
79 *Appellatione filiarum legitima, non bastarda continentur.*
80 *Bastarda nihil ex honore parentum accipiunt.*
81 *Significatio, in oratione ambiguâ accipienda, qua vitio caret,*
82 *Conventio obscura contra creditorem accipienda.*
83 *Pater naturalis filia ad alimenta tenetur.*
84 *Dos loco alimentorum est.*
85 *Argumentum, plus in conclusione habens, vitiosum.*
86 *Consuetudo Juri contraria strictè accipienda.*
87 *Tam in stipulationibus, quam pactis.*
88 *Extensio de legitimis liberis ad spurios odiosa.*
89 *Collecta, ut servitutis species, odiosa. num.56.*
90 *Vi metuq; extorta præsumuntur.*
91 *Et contra eas interpretatio facienda.*
92 *Filius patri succedens collectas pro sorore rectè imponit.*
93 *Propter quod unum quodq; tale, id magis tale.*
94 *Filius patri succedens ejus quoq; jura obtinet.*
95 *Identitas rationis idem Jus inducit.*
96 *Nobiles etiam quidam Jus collectandi tale habent.*
97 *Dos arbitrio judicis assignanda.*
98 *Pro filio uxorando collecta non imponitur, & cur.n.99.*
100 *Odia restringenda.*
101 *Collecta etiam quandoq; imponitur non solùm quando natus.*
102 *Sed & quando mortuus filius.*
103 *Precariò obtenta collecta postea, ut ordinaria, rigidè extorquetur.*
104 *Pellis subditorum excoriatur collectis.*
105 *Potestati nemo tutò resistit.*
106 *Bona corporis & fortunæ etiam virtutes conjungenda.*
107 *Regis ad exemplum componitur orbis.*
108 *Turba paret cum rex legibus servit.*
109 *Experientia rerum magistra.*
110 *Experientia facit artem.*
111 *Artificium per exercitium recipit incrementum.*

112 *Taxantur Theologi Politicis se immiscentes negotiis.*
113 *Eorum Politicas administrationes inauspicatas fuisse docent Historia.*
114 Pii *Politici in Consilium adhibendi.*
115 *Felix Resp. qua in pace de bello cogitat.*
116 Collecta *solvenda ad castrum pro fugandis hostibus emendum.*
117 *Salus Reip. & necessitas expetit indictionē.*
118 *Devotione DEI discedente fisco accedit indictio.*
119 *Captus* Dominus *ejusq; Consiliarii per collectam redimendi, & quando.*
120 *Ad as alienum solvendum collecta indicenda.*
121 *Et quomodo.*
122 *Quod princeps & civitas debent, singuli non debent.*
123 Subditi, *si ararium deficit, as alienum principis solvere coguntur.*
124 *Popul9 felicitate plena non fruitur, quamdiu territorium pignoratum.*
125 *Territorio liberato recidiva pracavenda.*
126 *Gabella cauponaria,* Ungeld/ *separatum* Jus *est à collectis.*
127 Neq; *Regalibus annumeratur.*
128 *Nobiles siquidem quandoq; eodē utuntur.*
129 *Extraordinariis muneribus contra* Wehnerum *accensetur. n 132.*
130 *Ei competit cui Imperiales & Provinciales collecta competunt.*
131 *Fructus* Jurisdictionis *& subjectionis reputatur.*
133 *Precarii constitutione* Jus *non acquiritur.*
134 Wehnerus *excusatur qui ad factum principum respectum habuit.*
135 Blandè *petitur datio potulentorum, sed rigorosè continuatur.*
136 *Extraordinaria onera consuetudine & violentia fiunt ordinaria.*
137 *Statibus provincialibus ob id vigilandū.*
138 *Principiis obstandum.*
139 *Turpius ejicitur hospes quam admittitur*
140 *Magistratus punire potest, qui ad fraudandas gabellas extra territorium ej9 potandi causa secedunt, & cur.*
141 *Sicq; olim* Norimberga *quidam mulctati.*
142 *Huic* Juri *simile est id, quod* Bodenschatz *appellatur, & quid sit?*
143 *Et illud quod victualib9 imponitur* Mell und Fleischpfenning. *n* 147.
144 *Quod tamen non nisi extrema necessitate admittitur.*
145 *Imponitur etiam minutissimis rebus scil.*
146 *Periculosum est canem exta gustâsse.*
148 *Odiosissimum est hoc onus, & fugiendū.*
149 *Exigens homicida pauperum & harpya dicitur, & rebelliones procurat.*
150 *Spoliatis arma supersunt.*
151 Patientia *lasa fit furor.*
152 *Accedit & illud quod* Schutz und Verspruchgeld *appellatur, & annuatim datur*
153 *Et dicitur modò annuum honorarium.*
154 *Modò census.*
155 *Modò pramium,*
156 *Modò pensio.*
157 *Modò* Jus *Advocatitium,*
158 *Et est nil aliud, quam defensio, hinc clientes in perpetua dominorum sunt* Jurisdictione,
159 *Nec à patronis ad collectas adigi possunt.*
160 *Prajudicium* Ingelheim *contra* Pfalz.
161 Schutz vn̄ schirm gibt keine Obrigkeit.
162 Patroni *in religione clientibus nihil prascribunt.*
163 *Sed, quod conventum, servandum. n* 170 & 173.
164 *Praestatur hoc* Jus *vel Universitatibus vel personis singulis.*
165 *Et vel in perpetuum vel ad certum temp9*
166 *In perpetuum Erphordia solvit domui Saxonia quotannis* 1800. *Rhenanos.*
167 *Monasterium* Reißheim *Principibus* Palatinis *protectoriè subest.*
168 *Et Banthense Coburgensibus, solvitq;* 300. *florenos annuos.*
169 *Qui* 6000. *fl. redimibiles.*
171 Schirmherrn *fiunt sape* Stürmherrn.
172 *Necessitas omnem violentiam & privilegium abolet.*
174 *Mala consuetudine plurima onera introducta.*

175 Ut

175 *Ut urinarium Vespasiani.*
176 *Lucri bonus odor ex re qualibet.*
177 *Et plura alia, quæ recensentur.*
178 Zzung und Lager.
179 *Multa honestè accipiuntur, quæ non tam honestè petuntur.*
180 *Milites non jure, sed vi, rem petunt.*
181 *Pax optima rerum.*
182 *Pax sopiat, quod bellum introduxit.*
183 *Ferendum quod non mutandum.*
184 *Sordida munera sunt duplicia: & vel personis, vel rebus imponuntur.*
185 *Personis: quæstus meretricum.*
186 *Qui adhuc Romæ frequentatur.*
187 *Meretrix non sit in Israel neq; scortator.*
188 *Roma hodie est lupanar.*
189 *Lupanaria olim permissa.*
190 *Hodie, mandato DEI, prohibita.*
191 *Piraticum, & hoc quid.*
192 *Chrysargyron, & hoc quid.*
193 Βλαχιννόμιον, & quid.
194 *Judæorum & fœneratorum.*
195 *Et quod ob sobolem auctam solvitur,* Geburts oder Taufgeld.
196 *Manus mortua,* Todenzoll.
197 *Vicesima manumissorum.*
198 *Item quod sponsi & sponsæ solvebant.*
199 *Cælibatus pœnale.*
200 *Quod pro maculis corporis solvitur.*
201 *Quod pro delicto solvitur.*
202 *Pecunia hereditaria.*
203 *Rabus: Urina puta.*
204 *Umbra & aëri.*
205 *Nivi & glaciei. & elementis omnibus.*
206 *Tegulis ædificiorum.*
207 *Fenestris.*
208 *Exactores collectarum ab illicitis abstinere debent.*
209 *Secus facientes puniuntur, vel civiliter in quadruplum.*
210 *Vel duplum.*
211 *Vel criminaliter, Combustione.*
212 *Vel lege Julia peculatus.*
213 *Removentur ab officio, crimine falsi & capite puniuntur.*
214 *Vel extra ordinem, & pro arbitrio judicis.*
215 *Et quidem ubiq; à quocunq; judice.*
216 *Peræquatores proportionaliter pro viribus patrimoniorum procedant.*
217 *Nec alios pro aliis gravent.*
218 *Si quos eximunt ipsi pro iis tenentur.*
219 *Si sordes patent officio privantur, & 100. libris auri puniuntur.*
220 *Divites non tenentur sublevare pauperiores.*
221 *Privilegia necessitatis tempore generaliter silent.*
222 *Vasalli etiam tenentur.*
223 *Milites præter victum, etiam amictum & alia infausta extorquent.*
224 *Plus damni, quam hostis, dant.*
225 *Militia olim schola prudentiæ, hodie nequitiæ.*
226 *Tantum à veteri disciplina distat, quantum virtus à vitio.*
227 *Milites, non milites, sed Martis sunt vibices.*
228 *Patriam spoliant, non hostem.*
229 *Sessionis prærogativa multa impedit.*
230 *Decor Imperii in Principum concordia consistit.*
231 *Eleganter Avennatus.*
232 *Annona ab omnibus præstanda.*
233 *Modus annonæ ex subditorum facultatibus æstimandus.*
234 *Et secundum facultates rerum.*
235 *Et vires singulorum exigenda.*
236 *Necessaria nemini subtrahenda, sed superflua.*
237 *Placidè non violenter procedendum.*
238 *Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere.*
239 *Odi olitorem, qui radicitus olera exscindit.*
240 *Exscindenda Sylva, non vastanda.*
241 *Subditis frumenta auferuntur, jumenta colliguntur sæpius.*
242 *Decimatum semel non amplius decimandum.*
243 *Gravati appellare debent.*
244 *Ne tacendo privilegia sua amittant.*

1 PYrrhicham, † quam cum stupore totius Germaniæ, coram D. Maximiliano Imperatore, sæpe & diu repræsentavit Illustrissim⁹ Julius Cæsar Scaliger, semetipso teste *lib. 1. Poetic. cap. 18 § theatrales ha.* facilius exhibuero, quam Iliadem extraordina-
2 riarum contributionum & munerum, † catalogum navium Homericarum non parùm superantem, enarravero. Non solũ enim magistratus & quæstores ac Officiales eorum, Cammerräth/Cammer-Rent-vnd Pfenningmeister/Rentherenverwal-
3 ter/ † quorum origo antiquissima, *l. 2. §. 22. ff. de Orig. Jur. l. un. in princ. ff. de offic. quæstor.* Aristot. *lib. 1. Politic. cap. 7.* Besold. *de ærar.*
4 *public. cap. 7. in princ.* & βουλιμία † in expilationibus infinita, Philipp. Melanchthon *lib. 3. Epistol. ad Osiandrum fol. 19.* pænaq;
5 † exinde æterna certissima, ex Maccab. *2 cap. 5. num 31.* Rebuff. *in l. eum qui. 16 ff. de Verb. Signif.* Besold. *d. loc. cap. 4. n. 2. vers. 2. & cap. 7. n 3.* sed etiam milites, homines præposteri, ut loquitur Casaubonus *Exercit. in Baron. 14. diatrib. 12.* Phaetontæâ audacia, tot hodie eorundem genera excogitarunt, ut mirari, imò obstupescere potius, quam numerarẽ liceat. Sunt autem extra-
6 traordinaria † munera, ut levato velo, & sine longo sufflamine procedamus, quæ certam temporis præscriptionem & uniformem & perpetuam præstationem non habent, neq; lege ali-

qua,

qua, vel Senatusconsulto, vel constitutione principum, regulariter, sed, prout res & necessitas postulat in repentinos casus, ex improviso, indicuntur, *arg. l. sed etsi per praetorem. 26. § si feria. 7. ff. ex quib. caus. major. l. qui muneris. 12. ff. de mun. & honor. l. in honoribus §. vacationum. vers. qui muneris ff. de vacat. mun. l. fin. C. de mun. patrim. lib. 10.* Bart. *in l. un. n. 40. ibiq;* Alexand. *n. 27. & 40. C. de mulierib.* Bart. *in l placet. ibiq;* Jason *n. 7. &* Thom. Parpal. *n. 104. C. de SS. Eccles.* Cun. *de Muner. n. 21.* Antibol. *de Muner. part princ. 3. §. 3. n 20.* Jul. Ferrett. *de gabellis & vectigal. n. 478.* Petrus de Ubaldis *de collect. n. 23.* Thomat. *de collect. § molestia. n. 10. & §. exactio. n. 21. & 23.* Luc. de Penna *in l 1. col. 1. in fin. C. de indict. lib. 10.* Cacheran. *decis. 95. n. 47.* Sylvester de Prierio *in summa. verb. gabella rursus. 5. n. 4.* Alexand. Raudens *Cons. 54. n 69.* Gail. *lib. 2. Obs. 53 n. 9. & 10.* Rosenthal *de feud. cap. 5. conclus. 72. n. 6.* Frider *lib. 2 de mandat. cap. 43. num. 4.* Paurmeister *lib 1. de Jurisdict. cap. 10. n. 16.* Regner. Sixtin. *lib. 2. de Regalib. cap 14. n. 12.* Gylman. *Symphorem. tom 1. part. 2. tit. 6. vot. 7. in princ. & vot. 3. n. 4.* Meichsner. *decis. Cameral. tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 83.* Reinkingk *lib. 1. de regim. secul. & Eccles. class. 5. cap. 4. n. 105.* Bocer. *de collect. cap 6. n. 7.* & vocantur modò † extraordinaria indi- 7
ctio, *d. l. ult. C. de mun. patrim. lib. 10.* modò † superindictio, *l. pri-* 8
vatas. 1. C. de privil. dom. August. modò † extraordinaria impo- 9
sitio, Achilles Tarduccus *in Turca vincibili, subjuncto Turca Nuncio Lazari Soranzii Patrit. Veneti,* paraphraste Jacobo Geudero ab Herolzberga, *mihi pag. 239.* modò extraordinaria † colla- 10
tio, *l. cum ad felicissimam 2. C de quib. mun. vel praestat lib. 10 l. cui muneris. 12. ff. de munerib. & honor. c. un. quae sint regal. 2. Feud. 56.* modò perissochorogia † id est, supererogatio, *l. diurnos. 2. C de frumento Alexandrino. lib. 11.* modò † census, functio, indictum, Ju- 11 12
lius Caesar Bulenger. *de vectigal. populi Romani. cap. 2. in fin.* Suntq; tam † pacis quam belli tempore, vel Honesta, vel Sordida. 13
Honesta tempore † pacis sunt, quae vel ad conservandam vel 14
defendendam Rempubl. imponuntur. Ad conservandam & defendendam dico, non augendam:

Fisco aucto, † arguitur civica pauperies. 15

Alciat. *Emblemat.146.* Coras. *lib.6.miscellan.cap.19.* Besold. *de ærar.*
16 *public.cap.1.n.1.circa fin.* nullo modo enim princeps † vel ærariū, cum subditorum damno, augeri debet, *l.nam hoc natura. 14. l.si in arca.33.ff.de condict.indeb.l.planè.38 ff.de hered.petit.l.6.in fin.ff. de jur.dot.l.8.§.22.ff.de transact.l.jure natura. 206. ff. de Reg. Jur.c.locupletior.4º.de Reg.Jur.in 6.* Bald. *Cons.303.n.2.vol.1.* Alvar. Valasc. *de Jur.Emphyteut cap.25.num.5.vers.sed quia ex hoc.* Goedd. *Cons.Marpurg.19 n.199.& Cons.52.n.74.volum.4.* mirum siquidem quantū
17 juvat hic cernere † ærarium silens, & quietum, non spoliarium civium, cruentarumq; prædarum receptaculum, Tacit. *lib. 2. Histor.* Plin. *in Panegyrico.*

18 *Impia † continui cessent augmenta tributi:*
Nec tua privatis crescant æraria damnis.
Non infelices tabulæ: non hasta refixas
Vendat opes avidas: emtor non voce citetur.

scribit Claudian. *de Consulatu. 4. Honorii. vers. 495. & seqq.* ibiq; Barthius noster *in Commentario. verb. hasta.* Johann. à Chokier *lib. 2. aphorism. politic. cap. 10 §.deniq; ut pacis tempore. 7.*
19 Διὰ δὲ ταύτην † τὴν ἐπίταξιν τοῦ φόρου, καὶ παραπλήσια ταύτῃ ἄλλα, λέγουσι Πέρσαι, ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος. Καμβύσης δὲ δεσπότης. Κῦρος δὲ πατήρ. ὁ μὲν, ὅτι ἐκαπήλευε πάντα τὰ πρήγματα. ὁ δὲ, ὅτι χαλεπός τε ἦν καὶ ὀλίγωρος, ὁ δὲ ὅτι ἤπιός τε καὶ ἀγαθά σφι πάντα ἐμηχανήσατο. Et ob talem tributi ordinationem, & alia hujusmodi, Persæ Darium institorem, Cambysem Dominum, Cyrum verò patrem dixerunt: quoniam Darius omnes res quæstui habebat; Cambyses asper erat ac morosus. Cyrus mitis & omni ratione illis bene mereri studens, Herodot. *in Thalia.§.126. à princ.* Petrus Gregor. Tholos. *lib.3.de Republ.cap.9.n.15.* Reiner. Reinecc. *Syntagm.Heroic. part.2.fol.29.* Cothman. *Cons.3.n.234.vol.4.* Regner. Sixtin. *lib.2.de Regal.cap.6.n.84.* Inter illa autem, quæ ad conservationem Reip. spectant, primum obtinet locum munus illud, quod pro
20 elocandis magnatum † filiabus subditi solvere tenentur, & convenientissimo nomine Fräwleinssteuer indigitatur, & tantum extra ordinem, per modum charitativi, & in subsidium, si dominus de suo facere non possit, permittitur, *arg.l.1.ff. de agnoscend.& alend.liber.* Bald. *in c.conquerente.16.n.ult.de offic. & potest.*

test.jud.ordin. Menoch. *lib.2.A.J.Q.cas.181.n.4. cent. 2.* Scipio *lib.3. decis.Cameral.132.* Cothman. *Cons.3.n.225.vol.4.* Gœdd. *Cons.Marpurg.16.n.492.vol.4.* modò tamen vel ex conventione, cui pacta† 21
dant legem, *l.1.§.si convenit. §.sæpe.& §.at si cutaria.ff. depos. l. contractus.23.ff.de R.Jur.* Bald. *in l.quoties.n.4.C.de suis & legitim.* Alexand. *Cons.1.n.29.volum.3.* Bursat. *Cons.179.n.15. & Cons.190. n. 27. vol.2.* Menoch. *Cons.64.n.1.vol.1.* Cravet. *Cons.161.n. 12.* Vult. *Cons. Marpurg.21.n.175.& seq.volum.1.* vel consuetudine,† quæ imme- 22
morialis tantum potest, quantum Imperator, ut dicit Jason *in l.quo minus.n.17 ff.de flumin.* Bald. *in l.imperium n.23.ff. de jurisdict.& in c.cum causam.de probat.* Alexand. *Cons.74.n.8.vol.4. & Cons.203.vol.6.* Anton. Gabriel Roman. *lib.5. conclus.1. de præscript. per totum.* Köppen *decis.32.n.5.* Cothman. *Cons.3.n.227.vol.4.* dari sit solitum: secus enim, & extra casum † necessitatis & utili- 23
tatis publicæ subditi non tenentur domino suo, licet is superiorem non recognoscat, contribuere, Johann. Faber. *ad §. æqui.in fin.Inst.de action.* Boss. *tit.de principe.n.96.* Gail. *lib.1 Obs.20.n.6.vers.ubi dicit per illum textum,* Wesenbec. *Cons. 271. n. 21. vol. 6.* Jacob. de Ajello *de jure Adoha.n.27.* Menoch. *Cons.32.n.63.vol.1.* Rosenthal. *de feud.cap.5.conclus.74.& in addit.lit.E.* Petrus Frider. *lib.2.de process.cap.44.n.5.* & si quid exigat, id pro effrenata † vo- 24
luntate, & mera libidine facere censetur, quod proinde nec naturalem obligationem producit, Bald. *in l.ex hoc jure.in fin.ff. de Just.& Jur.* M. Anton. Natta *Cons.380.n.3.* & si quid ejus † de fa- 25
cto exigat, id omne subditis restituere tenetur, Ajello *d. loc.* Natta *d.loc.n.13.* Gœdd. *d.loc.n.332.& seqq.* & auferre panem † in 26
sudore, & quasi occidere proximum suum dicitur, Reinhard. Lorich. *in principiis instit.cap.72.fol.200.& seqq.* ubi pluribus egregiè: Optimè huc quadrat quod Geta apud Terentium *in Phormion. Act.1.Scen.1.* conqueritur:

——— Herilem † filium ejus duxisse audio 27
Uxorem: ei credo munus hoc corraditur.
Quam inique comparatum est: hi qui minus † habent, 28
Ut semper aliquid addant divitioribus?
Quod ille unciatim, vix de demenso suo,
Suum defraudans genium, comparsit miser,

Id

Id illa universum abripiet, haud existimans
Quanto labore partum. Porrò autem Geta
29 *Ferietur alio munere, ubi hera † pepererit:*
30 *Porrò alio autem † ubi erit puero natalis dies, &c.*

Martial. *lib. 10. Epigramm. 87.* cumq; referens Salmuth junior *de Natalit. veter. ritu*:

Mirator veterum senex avorum
Donet Phidiaci toreuma cali:
Venator leporem, colonus hadum,
Piscator ferat aquorum rapinas.

Et sanè hæc omnia piè & Christianè. Non desunt tamen rationes dubitandi, quæ simpliciter collectas, pro filiabus elocandis, suadent.
31 Utilitas † namq; publica præferenda est privatæ, *l. ita vulneratus. 51. in fin. ff. ad L. Aquil. l. sunt personæ. 43. ff. de relig. & sumt. funer. Auth. res quæ. C. comm. de legat. l. utilitas. 3. C. de primipil. lib. 12. Novell. 39. cap. 1. in med.*
32 etiam † cum aliquo incommodo privatorum, *arg. l. item si verberatum. 15. §. si quis. 1. & §. item si. 2. ff. de rei vindic. l. locum. ult. §. Titius. ult. ff. de pignor. act. l. Lucius. 11. ff. de eviction.* unde & hic aureum illud locum invenit; A Justi-
33 tia † nonnunquam abeas in parvis, si salvam eam velis in magnis. Wehner. *in practic. Observ.* verb. Gewohnheiten. §. redliche
34 und erbare Gewohnheiten. Reipublicæ autem † interest mulieres dotes habere, propter quas nubere possunt, *l. Reipublicæ. 2. ff.*
35 *de Jur. dot. d. l. utilitas. 3. in fin. C. de primip. lib. 12.* & dotis causa † connumeratur piis causis, *l. cum is. 32. §. mulier. 2. ff. de condict. indeb.* &
36 favorem † meretur, *l. si dotare. 12. C. ad SC. Vellej.* & in ambiguo
37 † pro ea respondetur, *l. in ambiguis. 70. ff. de Jur. dot. l. in ambiguis.*
38 *85. in princ. ff. de Reg. Jur.* ejusq; favore † quam plurima contra Juris communis regulas constituta sunt, *l. frustra. 1. l. ad executionem 6. C. de dot. promiss. l. un. C. de rei uxor. act. l. assiduis. 12. C. qui pot. in pi-*
39 *gnor.* Deinde & frater † sorori suæ germanæ dotem constituere tenetur, *l. cum plures. 12. §. cum tutor. 3. vers. sed non debet dotem. ff. de admin. & per. tut. adjuncta l. pen. ff. de agnosc. & alend. liber.* Sichard *in l. ult. n. 28. & 30. C. de dot. promiss.* multò magis ergò subditi principis filiam, cum arctius sint obstricti domino, quam frater
40 sorori: argumento † à patronis ad dominos ducto, Martin.
41 Mager. *de Advoc. Armat. cap. 5. n. 40.* Tum si pro † extruendis & refi-

reficiendis muris, *l. omnes. 12. C. de operib. public.* & instructione itinerum, stratarum ac pontium onus subditis imponi potest, *l. ad instructiones. 8. C. de SS. Eccles. l. absit. 4. C. de privil. dom. August. lib. 11.* quidni etiam pro dotanda principis filia: cum dotatas esse fæminas † ad sobolem procreandam, replendamq; liberis 42
civitatem maximè sit necessarium? *l. dotium causa. 1. ff. solut. matrim. l. si quis. 2 in fin. C. comm. de manumiss.* Deniq; communiter ita sentiunt Dd. gloss. *in l. placet. verb. Canonicam. & ibi* Jason *n. 19. C. de SS. Eccles.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 77. lit. A.* Vult. *Cons. Marpurg. 35. n. 40. & seqq. volum. 3.* Laurent. Kirchov. *cent. 5. comm. opin. conclus. 77.* Mynsing. *cent. 5. Obs. 21. n. 3.* Waremund. ab Ehrenberg *de subsidiis. cap. 4. n. 13.* Besold. *de erar. publ. cap. 4. num. 2. vers. 2. circa fin.* Quas tamen subsequentes decidendi rationes solidè revellunt. Primo enim certum est, Jure Civili, terrarum dominis præcisè inhiberi, † ne subditos collectis vel one- 43
ribus novis, insolitis & inusitatis gravent, *l. cum satis pen. §. caveant C. de agricol. & censit. lib. 11. l. 1. & tot. tit. C. ne rustic. ad ullum offic. vel obseq. devoc.* Onera autem † quæ pro maritandis filiabus 44
exiguntur talia esse, manifestum est, Cothman. *Cons. 3. n. 306. volum. 4.* Deinde neq; Civili, neq; Feudali Jure expressum est, ut dominorum filias subditi suis sumtibus elocent: Non temerè ergò asseverandum, & erubescimus † absq; lege loqui, *l. & 45
si quis. 14 §. Divus. ibi: pœnam tamen statutam non esse. ff. de relig. & sumt. funer. l. dissentientis. 5. ibi: nulla Juris præcipit constitutio. C. de repud. l. item. 19. ibi: eò quod nulla constitutio posita esset. C. de collat. Nov. 2. cap. 3. vers. sicut enim. ibi: nec qualibet lex est tale aliquid dicens. Nov. 18. cap. 5. in princ. in terminis* Jacob. de Ardizon. *in summa feudal. cap. 142. in fin* Pet. Jacob. Aurelian. *in pract. libellor. Rubr. 63. de caus. ex quib. vasall. n. 30* Donell. *lib. 4. comment. Jur. Civil. cap. 8.* Dn. socer Harpprecht. *in § fera. n. 20. Inst. de R. D.* Tum Jus feudale certis casibus † onus & adjutorium subsidiale subditis imponit, inter 46
quos maritandarum filiarum onus non invenitur, *c. un. §. fin. de pac. juram. firmand. c. imperialem. §. firmiter. de prohib. feudi alien. per Frider.* ex quo consequitur, extra casus illos subditis parcendũ, neq; aliis præmiis, oneribus eos molestandos esse, † cum duo- 47
rum pluriumve inclusio, cæterorum sit exclusio. *l. cum prætor. 12. ff. de judic.* Cothm. *d. loc. n. 307.* Goedd. *Cons. Marpurg. 37. n. 57. vol. 4.*

Henr. Salmuth senior *in metaphras. Josephi Passi Ravenn. Acad. de*
64 *statu marital. fol. 111. & seqq.* & † consensu, *l. cum fueris 15. ff. de condict. & demonstrat. l. nuptias 30. ff. de R. Jur. cum multis similibus.*

65 Secunda ratio non est concludens. Non enim † omnis frater, sed frater tantum germanus suæ sorori germanæ dotem constituere jubetur, & quidem tunc demum, si ejus pater sit defunctus, & ipse locuples existat, soror è contra paupertate laboret, per allegatos ibidem textus, Duaren. *tit. solut. matrimon. Rubric. de dotibus. cap. 3.* Jacob. Butrigar. *de dote. n. 2.* Odofred. *n. 3.* Hotoman. *de dotib. n. 38.* Suarez *thes. recept. sentent. lit. D. n. 350.* Bocer. *de collect. cap. 6. n. 57.*

Muros civitatis, vias ac pontes extrui, refici & conservari ipsa postulat necessitas: Dotem autem fœminis constitui
66 necesse non est, cum † etiam sine ea matrimonium consistere possit, *d. l. ult. in princ. C. de don. ant. nupt.* Bocer. *d. loc. n. 57. §. alterum.* Doctores, qui pro ajente allegantur opinione, si rectè conside-
67 rentur, † loquuntur vel de casu, quo ex consuetudine aut conventione principes, pro elocandis filiabus, suos, non invitos, onerant subditos, vel etiam, quando ab ipsis volentibus charitativum petunt subsidium, & hac ratione nihil urgent, prout ad oculum demonstrarunt Cothman. *d. Cons. 3.* Gœdd. *d. Cons. 16.* & Bocer. *d. cap. 6. n. 59.* Et sanè, si aliud asserere vellemus, vel id invitâ faceremus Jurisprudentiâ: vel ex Jurisprudentia
68 † matrona faceremus meretricem, ex regina tyrannam, ex matre novercam, ceu divinus loquitur Scaliger *lib. 3. Poetic. cap. 1 §. Jurisprudentia ex matrona.* Quod si verò, vel ex conventione, vel consuetudine, (prout, hoc seculo malitioso, nimis usitatum, & in summis etiam principatibus pro regula fundamentali, & lege ferè pragmatica observatur, Antibol. *de Munerib. part. prim. cap. 3. § 3. num. 20. & seqq.* Thomat. *de collect. §. nescienter. n. 3.* Waremund. ab Ehrenberg *de subsidiis. cap. 4. n. 13.* Schepliz *ad Consuetud. Marchic part. 4. tit 12. n. 4.* Bocer. *de collect. cap. 6. n. 24. & seqq.* Wehner. *in pract. Obs. verb.* Schatzung. *§. est & alia differentia. vers. solet*
69 *autem ferè imponi extraordinaria steura*) talia onera † subditi patienter subeant, nullum dubium est, quin & ad omnes pariter filios extendenda veniant, Massuer. *in pract. for. tit. de tallis & collect.*

lect.n.6. Matth. de Afflict. *in Constit. Sicil. incip. quamplurimum. col. 2. vers. & prima utrum.* Tiraquell. *de Jur. primigen. quæst. 70. n. 2.* Antibol. *de Muner part. 3. §. 2. n. 77. & ult.* tum propter paritatem rationis & affectus, quæ eadem erga omnes præsumenda, in pari siquidem † causa paria sunt & debent esse judicia, *l. illud. 32. ff. ad* 70
L. Aquil. Doctor Navarrus *Cons. 62. n. 5. lib. 3. tit. de Regularibus. tom. 1.* Petrus Barbosa *in l. 1. art. 3. n. 167. ff. de judic.* Jacob. de Ajello, *de Jure Adhoa. n. 30.* Casaubon. *Exercit. in Baron. 16. diatrib. 95. circa finem.* tum quia verisimile est, quod in provisione legis, † quæ 71
favorabilis est illi, cui fit provisio, singulari appellatione plura ejusdem generis significentur & comprehendantur, *l. in usu juris 158. ubi Dd. communiter. ff de Verb. Signif.* tum quod appellatione † filiæ, maximè in causa utcunq; favorabili, plures con- 72
tineantur filiæ, *arg l. si quis ita. 16. ff. de testam. tut.* tum quod principes, licet subditi nullo ad elocandas eorum filias † obligati sint 73
titulo, pariformem dotem omnibus constituere teneantur, *l. capite 19. ff. de Rit. nupt. l. ult. vers. neq; enim leges. C. de dot. promiss.* unde & necessariò vi conventionis aut consuetudinis, in dotandà omnigenà principis fæmineà prole obligati quoq; erunt subditi, accessorio † utpote naturam sui principalis induente, *l. ni-* 74
hil dolo. 129. §. cum principalis. 1. l. cum principalis. 178 ff. de R. Jur. l. nam quæ. 2. ff. de pecul. leg. c. accessorium. 42. de R. Jur. in 6. & tantum se † 75
prout memorabiliter de Laurentio à Bibra Episcopo Herbipolitano 59. Bruschio *tom. 1. magni operis in catalogo Episcoporum Herbipolensium* summè alias laudato viro, canit Conrad. Celtis *lib. 2. Amor. Eleg. 9.*) tot & tanta perdidit, & hujusmodi quosdam audimus esse, qui hoc Jus suum esse putent, Lorich. *d. loc.* Petrus Gregor. *lib. 9. de Republ. cap. 1. n. 11.* Besold. *de erario public. cap. 4.*
152 *n. 2. vers. 2.* Succedit & aliud munus extraordinarium, † quod Schutz vnd Verspruchgeld appellatur, & plerumq; Advocatis, durante advocatiâ, pro exhibendâ defensione, annuatim dari
153 solet, Schurf. *Cons. 23. n. 2. & 3. cent. 3.* & communiter † annuum honorarium, appellatur, eò quod ubi beneficii loco praebetur opera, & id quod datur ad remunerandum, honorarium no-
154 minetur, *l. adversus. 1. in princ. ff. si mens. fals. mod.* modò † & cen-
155 sus, *cap. 8. de privileg.* praemium † annuum, Albert. Krantz. *lib. 8.*
156 *Vandal. cap. 20.* pensio, † Aventin. *lib. 7. annal. Bojor. pag. 595.* Jus
157 † Advocatitiũ, seu Advocaticũ, Joh. Azor. *tom. 2. Instit. Moral. lib.*
158 *8. c. 5. quaest. 5.* Knich. *de jure territor. c. 4. n. 400.* nihilq; aliud † quam defensionem importat, unde & clientes sub perpetua dominorum Jurisdictione manent, Gail. *lib. 2. Obs. 54. in princ.* Gyland. *decis. 51. n. 14. lib. 1. c. recepimus. & c. 2. de privileg.* Wesenbec. *Cons. 48. n. 30. vol. 1.* Schurf. *d. loc.* Petr. Gregor. *lib. 11. de Republ. cap. 11. n. 6.* Regner. Sixtin. *lib. 2. de Regalib. cap. 14. n. 103. & seqq.* nec à patronis
159 † ad collectas & alia munera adigi queunt, Johann. de Platea *ad l. 1. ibiq;* Bart. *C. de excus. mun. lib. 10. c. imperialem. §. 1. de probib. feud. alienat. per Frider.* Panormit. *in c. recepimus. n. 3. ibiq; addionat. verb. receptio. de privileg.* Zas. *Cõs. 7. n. 6. & 14. vol. 2.* Gail. *d. loc.* quem-
160 admodum † in causa Ingelheimb contra Pfaltz consideratum
161 est, protectio enim † non tribuit superioritatem, cum etiam inferior protegere dicatur, Decius *in d. c. recepimus. n. 16. de privil.* gloss. *in Rubric. C. de domestic. lib. 12.* Gylman. *tom. 1.*

Symphor.

Sympher. part. 1. tit. 2. vot. 1. n. 51. unde vulgò dici solet, Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit. Natta *Cons. 636. n. 96.* Sixtin. *d. loc. n. 105.* Wehner. *in Metamorphos. Rerumpubl. cap. 18. quaest. 2.* nec † etiã 162
modus in religione eis praescribi potest, Gail. *lib. 2. Obs. 54. num. 5.* Winzeler *de collect. cap. 21.* Besold. *in thes. pract.* verb. Schutz und Schirmsverwandte. sed utrimq;, † quod conventum, fideliter est servandum, weil sie mit gewissen Bedingungen einander 163
verwand und zugethan/ kan kein Theil den andern über dieselbe tringen oder beleftigen/ Wehn. *d. loc. in princ.* & *in pract. Obs.* verb. Schirmsverwandten/ ꝛc. Mager. *de Advoc. Armat. cap. 14. n. 130.* & *seqq.* Praestatur autem hoc † honorarium annuum vel ab integris communitatibus & Monasteriis, vel à singulis etiam & privatis personis, Knichen *de Jur. territor. cap. 4. n. 389.* & *seqq.* & 164
utrumq; quidem † vel perpetuò, quod Erbschutz/ Erbkastenvogthey vocatur, qua ratione ordinarium quoq; munus dici posset, 165
vel ad certum tantum tempus. In perpetuum † praestat Erphordia Electorali & Ducali domui Saxonicae quotannis mille & octingentos Rhenanos, quorum dimidia ipsi Electori, altera dimidia Vinaviensibus & Coburgensibus pro aequali cedit parte, zu Erfurt hat das Chur und Fürstliche Hauß zu Sachsen den Schirm/ von deßwegen die Stadt Jährlichen 1800. Goldgulden gibt/ davon gebühret dem Churfürstlichen Hauß der halbe theil/ der ander halbe theil gehört wider in zween theil / davon der eine theil den Weinmarischen/ der ander halbe theil aber den Coburgischen gebühret. Waremund. ab Ehrenberg *lib. 1. Meditat. pro foederib. cap. 4. n. 12.* Besold. *thes. pract.* verb. Schutz und Schirmsverwandte. §. zu Erfurt. ut etiam contrarium in Camera pronunciatum scribat Gylmann. *tom. 1. Symphorem. part. 1. tit. 2. vot. 1. n. 141.* & *seqq.* *maximè n. 150. §. ex quibus verbis.* Mager. *d. loc. cap. 5. n. 493.* & *seqq.* & 166
Monasterium † Keffhe'm ratione Comitatus Gratßbach principibus Palatinis aliud, aliaq; itidem loca alia, Cruſ *part. 2. Annal. Suevic. lib. 8. cap. 4. fol. 254.* Knichen *d. loc. n. 394.* & Monasteriũ † 167
Banthense, welches besag deß Schutzbrieffs und von sich gestellten Reversaln sub dato 1. Maii 1566. & subscriptione Abbatis Georgii Truchsessen von Hennenberg/ dem Hauß Sachsen Coburg Jährlichen 300. fl. halb Walburgis / halb Michaelis / vor Schutz/ Verspruch und Schirm auffzahlt/ quod Jus Advocati- 168

 tium

tium in subsequentibus añis ab Episcopis Bambergensibus & Wurtzburgensibus, in controversiam vocatum, & tandem per Serenissimos Saxoniæ Electorem Augustum, & Albertum Comitem Palatinum Rheni & Ducem Bavariæ, Commissarios Cæsareos, eorumq; subdelegatos Schwinfurti, 6. Septemb. 1568 § Zum dritten als auch die Hertzogen zu Sachsen vor alters ein Erbschutzgerechtigkeit auff dem Kloster Bantz angezogen. transigendo res ita composita. ibi: zum dritten als auch die Hertzogen zu Sachsen vor alters ein Erbschutzgerechtigkeit auff dem Kloster Bantz angezogen/ und demnach vor wenig Jahren Hertzog Johann Friederich so wol als Hertzog Johann Wilhelm zu Sachsen/ dieselbe mit diesem Abt Georgen verneuwert/ und dazu in dieser audientz Marggraf Hermanns fundation (extat apud Mager. *de Advocat. Armat. cap. 5. num. 492.*) auch anders mehr durch seiner Fürstl. Gn. Räthe vorbringen lassen / dagegen die Bambergische unnd Würtzburgische nicht gestehen wollen / das solche Gerechtigkeit von dem fundatore auff das Hauß Sachsen kommen/ zu deme sie auch vorgewendet / daß Graf Rabotto / deß ersten fundatoris Erbe/ (gener scilicet Hermanni Marchionis Vohburgensis: duxerat enim, ejus & Albradæ Comitis *B*anthensis filiam *B*landusinam, uxorem, Conrad. Dinner *in Bantho. lib. 1. circa finem.*) sich gegen einer Jährlichen pension solches Schutzes gäntzlichen begeben / unnd denselben dem Bischoff zu Bamberg/ nach Innhalt Bischoff Ottonis bekändnuß (fuit hic Otto, *B*ertholdi Comitis Andecensis & Sophiæ Ducissæ in Amberona valle filius, octavus *B*ambergæ Episcopus, Pomeranorum Apostolus, & cænobiis *B*anthensis collapsi instaurator, *B*ruschius *in catalog. Episcopor. Bambergens. §. Sanctus. Otto Bavarus. 8 vers. Banthensis ad Manum.* Dinner. *d. loc. lib. 2. paulo post princ.*) so sie sampt andern mehren Originalien vorgelegt/ auffgetragen haben solte/ welches dañ auch hinwider die F. S. Räthe auß etlichen Ursachen gefochten / Als ist dieser fürnehmer strittiger Punct / den Schutz und dessen Gerechtigkeit betreffend/ durch uns/ mit der Herrn Parthenen allerseits Bewilligung/ dahin gemittelt/ abgehandelt und vertragen / das Hertzog Johann Wilhelm/ S. F. Gn. Erben und Nachkommen/ inhaber der Pfleg Coburg/

burg für solche angezogene Gerechtigkeit / wie auch dieselbige gewesen/oder Namen gehabt / dreyhundert Gulden dieser Landen wehrung/je acht Pfund/zwölff Pfenning / altes Geldes/für einen Gulden gerechnet/auß dem Kloster vnd desselbigen Gütern/in das Ampt Coburg/halb auff Michaelis/vnd halb auff Walburgis/jetzo Michaelis anzufangen/alles gegen gebührlicher Quittung/ Jährlich gereicht vnd gegeben werden soll/dagegen haben S.F.Gn. vor sich/seiner F.Gn. Brüdern/Hertzog Johann Friedrichen / ihrer beyder F.Gn. Erben/Nachkommen vnd allen Inhabern der Pfleg Coburg/der Erb- vnd anderer Schutzgerechtigkeit auff dem Kloster Bantz/sampt seinen Zugehörungen/gäntzlich vnd gar begeben/vnd verziehen/wollen vnd sollen sich derselbigen nicht mehr gebrauchen/oder anmassen/damit aber S. Fürstl. Gn. solcher Jährlichen pension der dreyhundert Gulden desto besser versichert / sollen S. F. Gn. deß Klosters Güter vnnd Einkommen dafür hypothecirt vnnd eingesetzt seyn / Es sollen vnnd wollen auch beyde Bischoffe Bamberg vnd Würtzburg / die zukünfftige Aebte / so zu jederzeit erwehlet oder postulirt / vnnd von jhren F. Gn. confirmirt vnd belehnt werden / dahin halten vnd vermögen/ daß sie mit Verpfändung deß Klosters Güter / dafür selbst verschrieben vnnd obligirt / daneben wollen auch Jhre F. Gn. vnnd derselbigen Nachkommen / dafür selbst hafften vnd verbunden seyn / Es soll aber in der zukünfftigen Aebte oder beyder Stifft † Macht vnd Gewalt stehen / solche 300. fl. Zinns 169
mit 6000. fl. Hauptsumma/ wann es jhnen gefällig / vnd auff vorgehende Auffkündigung eines viertheil Jahrs zuvor / gegen gebührlicher Quittung/abzulösen/ vnnd das Kloster von solcher pension gäntzlich zubefreyen. Ad certum tantum tempus ab utrisq; tam publicis quam privatis, secundum conventionis leges præstatur, † & eò durat, quousq; ab una aut altera parte revocetur, ita Illustrissimus meus, piæ memo- 170
riæ, W. H. von S. pro viginti Joachimicis annuis, quod etiamnum durat, Jus advocatitium & protectionem tribuit, & alii aliis.

Quam verò hodie inter patronos & clientes inita pacta serventur, multi suo cum damno experiuntur, sic quidem, ut
171 non solùm ipsi patroni ex Schirmherrn † fiant Stürmherrn/ Keller.*lib.1.de offic.juridicopolit.lib.2.cap.11.fol.375.& seqq.* Zas.*de feud part.10.conclus.8.* Wehner.*in pract.Obs.d loc.post princ.* Mager. *d loc.cap.2.n 189.* sed etiam omnium ludibrio miseros clientes expositos sinant, unde &, pro incidenti casu, sub prætextu
172 † necessitatis, qui omnem violentiam & privilegia abolere putatur, *l.ut gradatim 5.§.1.ff.de mun.& honor.l.aliquando.ff.de offic. præsid.l.est receptum.ff.de Jurisdict.l.alienationes.ff.famil.hercisc.* Crav *Cons.6.n 95.* Roland.à Valle *Cons.81.n.34.volum.1.* Vivius *decis.313.* Gœdd.*Cons.Marpurg.51.n.12.vol 4.* Reinkingk. *de regim.secul. & Ecclesiast.lib.1.class.2.cap.8.n.71.* Speidel.*in Sylloge quæst.Jurid.verb.*
173 *Necessitas.* contra pacta † conventa nimium quantum, & plus justo graventur, quod & contra bonos mores, & manifesta Jura, & præterea inhumanum, *l.1.ff.de pactis.l.1.ff.de constit.pecun.l.generaliter.C.de non num.pecun* Gœdd.*d.loc.Cons.16.n.302.& n.320.*

Quemadmodum autem hæc onera Juri Romano maxi-
174 mam partem incognita, † & malâ saltem consuetudine, & po-
175 tentiorum avaritiâ, ut olim Vespasiani † urinarium, Sueton, *in Vespasiano* ibiq; Casaubon.*in comment.* introducta,

176 ———— *lucri † bonus est odor ex re*

Qualibet. ————

Juvenalis *Satyra 14.vers.204.& seq.* ita quoq; præterea & alia,
177 † quibus vix nomina sufficientia inveniri possunt, reperta sunt, utputa, Täx/Zoll/Schoß/Zinns/Aufschlag/Accis/ Weggeld/ Bruckengeld/Maut/Glockengeld/Soldatengeld/Forstgeld/Mastgeld/Lastgeld/Balckengeld/Nothgeld/Mastbaumgeld/Hufengeld/ Sparrengeld/Freygeld/Henckergeld/Aufflagen auf allen Häusern/ Herdstätten/Fewer/Caminen/Schulden für das Viehe / Futter deß Viehes mit gespaltenen Klawen/Viehtreiben/von allen Handthierungen vnd Commercien/Scheffelschatz/Viehschatz / Bawholtzfuhrgeld/Willkommschatz/ Camill. Borell. *Cons.1.n.61.in fin.* Ellen/Maaß/Gewicht/Siegelwachs/Saltz/Korn/Meel/Mühlen vnd zu mahlen/Backen/vnd in Summa / es ist vnd kan nichts in der Menschen Gewerb kommen/ daß nicht mit Zoll vnd Tributen belegt sey / . Regnaut Dorleans, en ses observationes de chages

adve-

advenus en l' estat de France. Pierre Matthieu *lib. 2. narrat. 3.* Secret. des Finances *in epist. dedicat.* Bulenger. *de vectigal. cap. ult.* Waremund. ab Ehrenberg *de regni subsid. cap. 4. & 5.* Wehner. *in Metamorph. Rerumpublic. cap. 12. post princ.* Johann. Matth. *de contribution. cap 1. n. 10.* Caspar Klock *de contribut. conclus. 3.* Besold. *de aerar. public. cap 4. n. 1. vers. 2.* Zwung † item Lager auff allen Gütern/ Bertr. *Cons. 179. n. 3. vol. 4. c. praeterea de jur. patron.* Menoch. *Cōs. 302. n. 29. vol. 4.* Knichen. *de Jure territor. cap. 4. n. 484. & seqq.* & haec omnia licet non † admodum honestè petantur, honestè tamen accipiuntur, vel accipi creduntur, *arg. l. solent. 6. §. non verò. 3. ff. de offic. procons. & legat.* 178 179

Sordida extraordinaria munera tempore pacis eadem sunt, quae tempore belli, praeterquam quod non tam impetuosè & frequenter exigantur: Milites enim

Non ex Jure † manu consertum, sed mage ferro 180
Rem repetunt, regnumq; petunt, vadunt solidà vi.

Ennius apud Ciceron. *lib. 7. famil. Epistol. A.* Gellius. *lib. 20. Noct. Attic. cap. 10.* Unde & in locum competentem rejiciemus, ibiq; pleniorem eorundem tractationem instituemus. Utinam vero, atq; ô iterum utinam, tandem, juxta Silium Italic. *lib. 11. belli Punici. circa finem,*

——————— *pax † optima rerum* 181
Quos homini novisse datum: pax una triumfis
Innumeris potior: pax custodire salutem,
Et cives aequare potens, ———————

Gail. *lib. 1. de pac. public. cap. 1. n. 4.* ejusq; lenitas sopiat, † quod belli calamitas hactenus introduxit, *l. un. in princ. C. de caduc. tollend. c. cum per bellicam. 34. quaest. 1* Claud. Pratejus *lib. 4. regul. Jur. tit. 20. cap. 1.* Molina *de Just. & Jur. disp. 667.* Vasquius *de success. progress. 1 in praefat. n. 68. & seq.* Johann. à Chokier. *lib. 2. aphorism. Politic. cap 10 n. 7.* Besold. *d. loc. cap. 4. n. 4 & 7.* Sed quia, quod mutari non potest, † ferendum est, aequo & patienti animo, quae à DEO nobis immittuntur, feremus: Interim tamen ordine simul pergemus. Sunt autem, ut quaedam hic obiter attingamus, Sordida & illicita munera † duplicia: quaedam enim personis imponuntur, quaedam rebus. Personis, ut pute † quaestus meretricum, & vectigal quod lenones solvunt, qualia olim sub 182 183 184 185

ſub Caligula & Severo Imperatoribus frequentata fuerunt, Sueton. *in Caligula cap.40.* Petr. Gregor. *lib.3.de Rep. cap. 6. n.5. & cap.10.num.3.* Arnold. Clapmar. *lib 4.de arcanis Rerumpubl. cap.19.* Waremund. ab Ehrenberg *de ſubſid. cap.4.n.1.36.& 57.* & etiam-
186 num † hodie, proh pudor! à ſcortis Quiritum Pontificibus penduntur, & in tota ferè Italia frequentantur, Danæus *lib. 2. Ethic cap.12.* ſic ut in laudibus Sixti Pontificis ponatur, quod nobile admodum lupanar Romæ extruxerit. Dignum certè vicario Chriſti facimus, & Septimontii magni ſanctitate digna ædes. Bellè ſcilicet hæc conſentiunt cum divina ſanctione,
187 non † erit meretrix neq; ſcortator in Iſrael, Deveteron. *23. verſ. 17.& ſeq.* bellè cum priſca interdictione auri luſtralis, & Juſtiniani noſtri conſtitutione Novella *de lenonibus, & l.1.C.Theod.de raptu virgin.* atq; aliorum Chriſtianorum Imperatorum ſanctionibus ad publicæ pudicitiæ tutelam promulgatis, Jacob. Lectius *lib.2 præſcript. Theologic. affirmat.10.in fin.* Hic ſcilicet verum eſt, quod, ex Mantuano, refert Hotomannus in bruto fulmine, quarta Nullitatis cauſa,

188 *I puder † in villas, ſi non patiuntur eaſdem*
Et villa vomicas, tota eſt jam Roma lupanar.

Et quod Conradus Celtis *lib.3. Amor. Eleg.7.* ad Albonum ſacerdotem, Veſtalium ſectatorem habet.

O qualis facies, & quæ mutatio Romæ,
Vendidit hæc quondam corpora, nunc animas.

189 & quæ ibi habentur plura. Quamvis autem † olim lupanaria permiſſa fuerint, *l.ancillarum 27.in fin.ff.de petit.hered.* hodie ta-
190 men in Republica † Chriſtiana, ut ipſa lupanaria, ſic quoq; vectigalia ex his, tanquam mandato DEI è diametro contraria, impura, deteſtabilia, execranda ac minimè toleranda ſunt, Deuteron. *23.verſ.17.& ſeq.l.ne quis.7.C.de ſpectacul.lib.11.Novell.14.* Martin. Azpilcueta *manual.confeſſ.cap.17.* Waremund. *d.loc.n.39.* Niſi in Venereos, libidiniq; nefandæ deditos, utpote ad compeſcendas libidines comparata retorquerentur, quo caſu licita
191 redderentur, Waremund. *d.loc.n.41.* Piraticum † item vectigal, quod principes à piratis exigunt, iiſq; licentiam prædandi in mari concedunt, Waremund. *de ſubſid.cap.5.n.10.* Boter. *in re-*
192 *lat.univerſ.part.2.lib.1.pag.16.* Item Chryſargyron † Græcis uſi-

tatum,

ratum, per quod quilibet mendicus, quæcunq; meretrix, quævis repudiata, quivis servus & libertus, ærario aliquid pendebant, atq; etiam de mulo, de fimo, jumentis & canibus in urbe & rure degentibus exigebatur, Petr. Gregor. *lib.3. de Republ.cap.5.n.9.* Et vectigal † ἠλιθιοσύνων apud Alexandrinos dictum, quod Astrologi solvebant, sic nominatũ à stultitia, quæstus enim dicebatur ex ingeniosa stultitia, & Astrologos non nisi stulti & temerarii homines consulebant, Paul. Merula *part.1.Cosmogr.ph.lib.2.cap.16.* Döring. *in bibliotheca ? Ctorum. verb. ærarium.n.223.* Tale est etiam † Judæorum & fœneratorum vectigal, quod ob licentiam fœnerandi persolvunt: item quod ab iis, † qui sobole aucti sunt, præstatur, vulgò, Geburtsgeld item Taufgeld cujusmodi olim Hippias Atheniensis præcepisse fertur, Camerar. *lib.2.Oeconom.pag.23.* item manus mortua, † ubi lege Leodiensium unusquisq; mortuus ab Episcopi subjectione pignore jussus redimi, Todtenzoll/Petr. Gregor. *lib.3.de Republ.cap.4.n.5.* Ad hunc quoq; ordinem refertur † Vicesima, quam manumisse apud Romanos ex fortunis suis solvebant, Liv. *lib.2.* Halicarnass. *lib.5.* Bodin *lib.6. de Republ.cap.2. in fin.* & quod † sponsus & sponsa novi solvunt, Waremund. ab Ehrenberg *de subsid.cap.6.n.14.* vectigal item † pœnale cœlibatus, Plato *lib.6.de Legibus*, quod rectè sublatum *l.qui iure. 1. C. de infirmand. pœn.cœlibat.* Lather. *de censu. lib.3. cap.3. num.48. & seqq.* & quod pro maculis † faciei, vitiisq; scabiei & calvitiei solvendum, Waremund. *d. loc. cap.4. num.60.* & illud, ubi crimen † ultimo supplicio dignum pecunia expiatur, quando item pecunia † hereditaria, Erbgeld/viduarum & pupillorum, ab avaris magistratibus exiguo pretio redimitur, Bornit. *lib.8.de ærario.cap.1.* & allegati à Duringio. *d.loc.n.224.& 225.*

193
194
195
196
197
198
199
200
201
202

Rebus, quando nimirum futilibus & inanibus rebus munera imponuntur, † Urinæ puta, Dio *in Vespasiano*, Clapmar. *lib.2. arcanor. Rerumpubl.cap.24.* Bornit. *d.loc.cap.2.* Umbræ † & æri, ut ex Plinio & Cedreno probat Cujac. *lib.10. Obs.7.* Petrus Heig. *part.1.quæst.17.n.12. & part.2.quæst.40.n.155.* Clapmar. *lib.5. arcan. c.14.* neq; hoc mirum, cum Romani voluptatem & amœnitatem libenter emerint, & in iis usumfructum constituerint,

203
204

 l.unnis-

l. numismatum. 28. l. statuæ. 41. ff. de usufruct. Waremund. *d. cap. 4. n.*
205 *49. & seqq.* Nivi venditæ † & glaciei, quod in Hungaria & similibus calidis locis, ad refrigeranda vina fieri solet, Æneas Sylvius *de Curial. miseriis. cap. 9. in medio.* Parlador. *lib. 1. rer. quotidian. cap. 3. §. 2. n. 14.* Waremund. *d. loc. n 63.* & elementis omnibus, Conrad. Celtis *d. lib. 2. Amor. Eleg. 9.* ubi, ut supra,

Inde suis miseris nova vectigalia scribunt,
Pensantes censu cuncta elementa suo.
Hi cœlo: & nitidum possent si prendere solem,
A censu liber non foret ille suo.

206 Tegulis † ædificiorum singulis, Dio *lib. 46.* Bornit. *lib. 9. de erario cap. 3.* Waremund. *d. loc. n. 59.* Turneb. *lib. 29. Adverʃ. cap. 20. circa fin.*
207 Singulis † fenestris, quale olim in Lotharingia, Waremund. *d. loc. num. 59.* & in Silesia à quodam Episcopo fuit impositum, Bornit. *d. loc. cap. 2.* & centum aliis rebus & modis, Döring. *in bibliothec. JCtorum tom. 1. verb. ærarium. n. 226. & seqq.*

Extraordinaria munera tempore belli honesta consistunt vel in pecuniæ erogatione, vel in annonæ præstatione. In pecuniæ erogatione: dum vel à loci magistratibus, vel à militibus ipsis, ex improviso, pecunia exigitur. A magistratibus, dum ad præcavenda majora mala, & avertendam patriæ ruinam interdum summam aliquam pecuniæ colligunt, & militibus eorumq; colonellis exsolvunt: ubi magis Justitiam & fi-
208 dem publicam quam privati colere, debent, † & magis ab illicitis abstinere quam alii, ut notat Bartol. *in l. Imperatores. 22. ff. de hered. instituend.* Enenckel. *lib. 3. de privileg. cap. 8. n. 28.* nec plus (quod tamen hodie ubi omnes omnibus vitiis, avaritiæ præprimis, dediti, non observatur) quam necessitas exposcit, exi-
209 gere debent, secus enim si faciunt, † & si vel genii vel gulæ suæ causa plus poscunt, vel Civiliter vel criminaliter puniendi sunt: Civiliter, si nullam potestatem habent & exigunt, in quadruplum, *l. peræquatores. 6. C. de censib. lib. 11.* si verò exigendi potestatem habent, & violenter extorquent, itidem in quadru-
210 plum, *d. l. peræquatores. 6.* sin absq; violentia † in duplum, *l. locatio. 9. §. quod illicite 5. ff de publican. & vectigal. l. placet. 8. C. de excus.*
211 *mun. lib. 10.* Criminaliter, si non habent potestatem, † puniuntur combustione, *l. universæ. 9. C. ubi causa fiscal.* si habent, & conti-

continuant † exactiones, puniuntur crimine legis Juliæ pecu- 212
latus, *l. sacrileg. 1. 6. ff. ad L. Jul. peculat.* removentur † ab officio, 213
nec non crimine falsi & capite puniuntur, *l. quicquid. un. in fin. C. de superexaction. lib. 10.* Bald. *in l. ducenarii. 1. C. de exactor. tribut. lib. 10* Alber. de Rosat. *de munerib. n. 98.* si non continuant, puniuntur
extra ordinem, & pro † arbitrio judicis, *d. l. locatio. 9. §. quod illi-* 214
citè. 5. ff. de publican. & vectigal. Antibol. *de Munerib. part. princ. 3. §. 1. n. 42.* Thomat. *de collect. § retenta. n. 26.* & quidem † ubiq; à quo- 215
cunq; judice, *l. fin. C. ubi quis de curial.* Alber. *d. loc.* Debent autē
proportionaliter procedere, † & onera pro viribus patrimo- 216
niorum imponere, *l. neq; stipendium 13 ff. de impens. in res dot. fact. l. 7. §. 2. l. 27. § 3. ff. de usufr. l. omnes. 12. C. de operib. public. l. 1. C. de mun. patrimon. lib. 10.* Bartol. *in l. 1. C. de mulierib. lib. 10.* Thomat. *d. loc. §. ne scienter. n. 14.* Gail. *de arrestis. cap. 1. n. 19.* Tileman. de Benign. *syntagm. 3. decad. 3. vot. 9. n. 31.* Cravett. *Cons. 872. n. 11.* Natt *Cons. 157. n 5. & Cons. 183. n. 1. & 2.* Petr. *de potest. princ. cap. 4. per tot.* nec alium † 217
pro alio gravare, *l. forma. ff. de censib. l. prætor ait. 2. §. si quis. 10. ff. ne quid in loc. public. l. omnes. 5. C. de annon. & trib. lib. 10. l. actores. 4. C. de exactor. tribut. lib. 10. l. fundos. 10. C. de fund. patrimon. l. ult. C. de ann. & tribut. l. 1. & 1. 1. C. de censib. & censitor. l. un. C. ut null. ex vican. lib. 11. Nov. 52. cap. 1.* Festas. *de æstim. part. 1. n. 2.* Wesenbec. *Cons. 215. n 58. volum. 5.* naturali siquidem æquitati contrarium est, alium pro alienis molestari debitis, *l. semel. 2. C. de apoch. public. lib. 10.* Bart. *in l. munerum. 18. §. mixta. 26. ff. de mun. & honor.* Festas. *de æsti-*
mo & collect. part. 2. cap. 4. n 9. & si quos, † ut non rarò vel ex af- 218
finitate, vel quà alià amicitià fieri consuevit, eximant, ipsimet pro exemtis teneantur, *l. lex vectigali. 31. ff. de pignor. & hypothec. l. traditio. 20. §. quotiens. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Thomat. *d. loc. n. 14.* R. A. de Anno 1548. §. Ob aber der so außgezogen wird/ dem außziehendem Stand/cum onere/oder sine onere/zustehen solle/ haben wir vns mit Chur Fürsten/ Fürsten vnd gemeinen Ständen/ ꝛc. entschlossen/ wo sich die außziehende oder außgezogene Ständ/ der außziehenden Anschläg halben/ ohne rechtlich Erkentnuß nicht vergleichen könten/ das alsodann die außgezogene/ so in das Reichs Anschläge begriffen sein vnd befunden werden/ auch ihre Anschläg/ im fall der Nothdurfft jederzeit entrichtet worden/ deren erlegung

vnd Leistung das Reich im Inhaber ist/ dem gewinnenden [illegible]
dem beschwerden zu wachsen / auch derselb solchen Anschlag [illegible]
den außgezogenen zuentrichten vnd zu vertretten schuldig seyn [illegible]
R. A. de anno 1555. §. Damit auch ferner. Reinkingk. *de reg-*
gim. secul. & Ecclesi. lib. 1. class. 2. cap. 8. num. 69. & seqq. & præ-
219 terea, † si sordes pateant officio privantur, & decem libris auri
220 puniuntur, Alberic. *d. loc. num. 99.* nec divites † relevant me-
diocres, *d. l. un. C. ut null. ex vican. lib. 11.* Festas. *d. loc. part.* [illegible]
cap. 4. num. 9. Antibol. *de Munerib. part. 3. §. 2. n. 46.* Ego *Consil.* [illegible]
221 *20. volum. 1. & Cons. 60. n. 79. volum. 2.* Neq; † in casibus necessita-
tis privilegia quicquam juvant, *l. quoties. 1. ubi* Bart. *n. 1.* [illegible]
& Cujac. *in not. C. ut nem. liceat in coemt. spec. lib. 10.* R. A. zu Speyer
de anno 1544. §. Das auch solche Hülff. §. vnd insonderheit [illegible]
auch. & §. vnd nemblich sollen/ Thomatus *§. pauperes. n. 34.* Tira-
quell. *de Nobilit. cap. 20. num. 169.* Mynsing. *cent. 1. decad. 7. Cons.* [illegible]
n. 45. & seq. & respons. 1. n. 9. 10. & 14. decad. 15. part. 2. Caspar. Anton.
Tessaur. *decis. 93. num. 4.* Græven. *lib. 2. pract. conclus. 2. consider.* [illegible]
tot. Tileman. de Benignis. *Syntagm. 2. decad. 1. vot. 5. n. 8 &* [illegible] *n.*
43. Wehner. *in pract. Obs.* verb. Schatzung. *§. an vero vi suprema.*
quinimò ipse Pontifex Ecclesia, *c. pervenit, c. non minus.* [illegible]
sus. de immunit. Eccles. Joseph. de Sese *decis. 7. num. 3. & seq.* [illegible]
decis. 129. num. 3. & 4. Imperator, gloss. *in Rubr. C. de excus. muner.*
Thoming. *decis. 55. n. 22. & 23.* Modestin. Pistor. *Cons.* [illegible]
venstrunck. *Consil. solvago de contribut. n. 99. & seq.* adeo [illegible]
privilegiati sine discrimine, R. A. zu Speyer de anno 1544.
§. vnd zu diesem. de anno 1544. §. vnd zu diesem. & de anno
1551. §. Solche der Ständen. ibi: Geistlich vnd Weltlich [illegible]
vnd nicht exemt/ gefreyhet vnd nicht gefreyhet. & de anno [illegible]
§. Dieweil nun diese bemeldte. ibi: sie seyen exemt oder nit exemt
222 gefreyhet oder nicht gefreyhet/ & ipsi quoq; à collectis † [illegible]
munes vasalli contribuere tenentur, R. A. zu Speyer de anno
1544. §. Damit nun solche Ordnung. ibi: sie seyen Lehen oder [illegible]
gen. Clarus *§. feudum. quæst. 29. n. 2.* Rosenthal. *de feud. cap.* [illegible]
clus. 78. n. 2. Heig. *part. 1. quæst. 18. n. 16.* Cothman. *Cons.* [illegible]
1. Knichen. *de Vestitur. pact. part. 2. c. 5. n. 26.* Bocer. *de collect.* [illegible]
12. Reinkingk. *d. loc. n. 71. 72. & seq.*

A mili-

A militibus ipsis: dum vel in transitu, Futter vnd mahl/ Rovenstrunck *d.loc.n.172.* vel etiam † ad certum tempus datâ 223
hospitatione, sub prætextu non exsolutorum stipendiorum, unde & omnis dissolutio & inobedientia, Veget. *lib.3. de re milit. cap.9.* Petr. Gregor. *lib.11. de Republ. cap.5. n.4.* R.A. zu Speyer de anno 1542. §. vnd so alles Kriegsvolck. ultra necessarium victũ, etiam amictum, & alias infaustas hospitalitatis præbitiones, als Tafel/Küchen/Vortheill vnd discretiongeld/ vnd andere Zustewer/ imò & quandoq; scorta & alia, contra Imperialia rescripta poscunt non solùm, sed etiam extorquent, *l. hoc prospectum. 6. ubi* Cujac. *C. de metat. & Epidemet. lib.12.* Ferdinandus III. in der Soldaten Ordinantz sub dato Regenspurg 29. Novembr. 1640. §. Als erstlichen soll keiner. & §. denen Commendanten vnd andern hohen vnd nidern Officirern. Petr. Gregor. *d.loc.n.12.* & sæpe plus† 224
damni amicis & fœderatis dant, quam hostis aut immanissimus Turca aut Scytha dare posset, Nevizan. *lib.4. Sylva nuptial. n. 140.* Hering *de fidejussor. cap.7. n.162.* talibusq; extorsionibus miseros subditos, quamvis præter constituta, in allegata Ferdinandæa ordinatione, alimenta & servitia nihil debeatur, ad restim compellunt. Et certè, si ab interitu vindicanda Germania, refrenanda primùm erit petulantia militum, ad reprimendas tales rapinas & direptiones, quæ nostris, proh dolor! temporibus multorum luxu ita frequentantur, & tanta impunitate fiunt, ut hodierna militia, quæ Romanis † temperantiæ, prudẽ- 225
tiæ & fortitudinis schola fuit, nunc latrocinandi ars esse non videatur, sed verè sit & habeatur, Bodin. *lib.5. de Republ. cap.5. fol. 902.* R.A. de anno 1570. tit. von Reuterbestallung. §. vnd dieweil. 43. & tantum † à veteri disciplina absit, quantum distat à vitio 226
virtus: Petr. Ærod. *lib.2. decret. tit. de re militar. §.42.* Milites siquidem † nostri temporis vano militiæ nomine, immania tantum 227
lucra sectantur, & flagitia tantum hominum, & maculæ atq; vibices generosi Martis existunt, *l. per Illyricum. 9. in fin. C. de cohortal. principib. cornicul. ac primipil. lib.12.* adeò ut verum sit, quod Jovian. Pontan. *lib.2. Amor. fol.3304.* de ipsis scribit, Hering. *d.loc.*

Militiæ quondam partes ac Jura fuerunt,
Tutari patriæ dulcia tecta suæ:

A sociis arcere minas, pepulisse Tyrannos,
Hostis & incursus continuisse vagos.
228 *At nunc † quid bello petitur nisi præda? nec hostem,*
Sed socium vitâ est exspoliâsse decus.

Reinkingk. *d. loc. lib. 2. class. 3. cap. 5. n. 9. & seqq.* Petrus de Andlo *lib. 2. de Rom. Imper. cap. 13. §. & hujusmodi milites.* Lips. *lib. 5. de Milit. Roman. dialog. 20. & lib. 5. Politic. cap. 8.* Johann. Vaudus *lib. 1. Var. quæst. 55.*

229 Deinde, etiam omissis inutilibus de sessionis † prærogativa & aliarum rerum quæstionibus, seria de pace recuperanda instituenda tractatio: neq; utilitas Imperii & bonum publicum privatis conventionibus, localiq; discordia impediri debet, *§ fin. ubi* Wesenbec. *n. 9. Inst. de his qui sunt sui vel alieni Jur. l. 2. ff. eod. l. 1. ubi* Dd. *ff. solut. matrimon. l. qua actione. §. Labeo. ff. pro soc. l. 1. § si quis rivos. ubi* glos. *verb. securitatis. &* Castr. *n. 2. ff. de oper. nov. nunc. c. Sei. n. 7. quæst. 1. c. bona. de postul. prælat.* Roland. à Valle *Cons. 86. n. 63. vol. 1.* Bursat. *Cons. 409. n. 3.* Gravet. *Cons. 835. num. 10* Nicol. Everhard. jun. *Cons. 33. n. 7. vol. 2.* Oldendorp. *Cons. Marpurg. 2. n. 5.*
230 *vol. 2.* Gœdd. *Cons. 17. num. 23. vol. m. 4.* decor † enim & gloria Sacrosancti Romani Imperii, & honor Cæsareus, & Reipubl. grata compendia Illustrium principum voluntate concordi foventur, Carolus IV. in Aur. Bull. *cap. 3. in princ.* quemadmodũ è contra leves ab initio causæ Reip. nisi citò subveniatur, mutationes & factionibus & discordiâ solent afferre, Petr. Greg. *lib. 23. de Republ. cap. 1. n. 3. in fin.* Arum. *ad Aur. Bull. discurs. 4. thes. 1. circa fin. & discurs. de sessionis prærogativa, circa med.* pulchrè hanc in rem ad Electores & cæteros Ordines in Comitiis Ratispo-
231 nensibus Anno 1594. congregatos scripsit † Hieronymus Avennatus:

O proceres, proceres, dum qua quis sede sedere
Debeat, inter vos rixa miscentur & ira:
Ne vestras sedes, & ne charissima quæq;
Eripiat vobis crudelis Turca, cavete.
Illum etenim semper discordia vestra potentem
Fecit, & illius victricia reddidit arma.
Ponite jam, quid cessatis? rogo, ponite vanos
Invidiæ morsus, odia & mala iurgia, tempus

Inq;

Inq; aliud magis appositum disserte querelas:
Publica ne pereant privatos propter honores
Commoda, quam Turca rabioso milite, tristi
Pannoniæ incumbant animis perpendite justis,
Et tempestivum votis communibus, uno
Ac studio, auxilium miseræ decernite, pulsa
Ferte mora constanter opem, cum proxima flammis
Est correpta domus, paries vicinior ignes
Difficile effugiet, citò ni restrinxeris illos.

Cui paria succinit Conradus Celtis in sua Norimberga. *cap. 7.* & Johannis Samoscii scomma, Germanos in suis Comitiis ferè nihil aliud agere, quam sessionibus digladiari, referens. Herman. Kirchner. *lib. 2. de legat. cap. 5. n. 78. & seq.* Lad. *Consult. de principatu inter provinc. Europæ. Orat. contra German. fol. 1042. editionis tertiæ.*

In annonæ † præstatione: dum vel transeuntibus militibus cibus & potus præstatur, vel etiam ad averruncadas alias discommoditates aliò mittitur, aut certa etiam pecuniæ summa pro tali annona exsolvitur, *l. si pendentes 27. §. si quid 3. ibi: & quod ob transitum exercitus confertur ex fructibus. ff. de usufr. & quemadm.* Hostiens. *in summ. de immun. Eccles.* Speculat. *tit. de feud. §. quoniam. vers. & nota quod vasalli. n. 67.* Johann. Andr. Reynaut. *in c. imperialem. §. firmiter. n. 41. de prohib. feud. alienat. per Frideric.* Joh. Blanck. *in summa feud. lib. 2. cap. 1. n. 34.* Chassan. *in Consuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 4. in princ. n. 8. vers. item tenetur.* Bursat. *Cons. 16. n. 17. 20. & seq. vol 1.* quibus omnibus in casibus, cum talis collecta ortum habeat à defensione & conservatione patriæ, uniformiter tam clerici quam laici omnes naturaliter tenentur, *l. veluti. 2. ff. de Just. & Jur. l. sicuti. 1. §. & generaliter. 15. ff. de ventr. in possess. mitt. l. fin. C. de cursu publ.* Thomat. *de collect. §. subucuunt. n. 5.* Petr. de Ubaldis *de collect. n. 60.* Rulant. *de Commiss. part 4. lib. 2. cap. 6. n. 40.* Rovenstrunck *Cons. de contribut. n. 98 & seqq.* ibiq; Marpurgens. *n. 70. & seqq.* Ubi tamen observandum est, ut, si, urgente tali necessitate, ex improviso, *l. in honoribus. 8. §. qui muneris. 3. ff. de vacat. & excus. munier.* Antibol. *de Munerib. part. princ. 3. §. 3. n. 21.* annona colligenda, aut *tributum* indicendum, id proportionaliter, & pa- 232

rata

rata pecunia, & justo pretio, sine damno & dilatione, prius præstito, à subditis petendum, certusq; modus in exigendo observandus, & is † quoq; ex facultate subditorum æstimandus,
233 servandus, & is † quoq; ex facultate subditorum æstimandus, *l. ultra modum, 4. C. quemadm. civil. mun. indic. lib. 10. l. per Bythiniam.*
234 *2. C. de immun. nem. conced. lib. 10.* & secundum † facultates rerum, Chassan. *in Consuet. Burgund. Rubr. 1. de Justice. verb. indire. num. 9. & verb. sur les hommes. n. 45. & 46.* Cravet. *Cons. 195. n. 7. & seqq.* & pro
235 viribus † singulorum, *l. fin. C. de præd. decur. sine decret. non alienand. lib. 10. l. omnes. 7. C. de operib. public.* Thomat. *d. loc. princ. n. 6. & 10.* Cravet. *d. loc. n. 6.* Rovenstrunck. *d. loc. n. 61.* Johann. Matth. *de contribut. cap 9. n. 12. & 285.* nemo verò cogendus, ut vendat omne id,
236 † quod sui usus gratia comparavit, sed superflua tantum, & quibus commodè carere potest, quandoquidem satis impium esset, suis quemq; defraudari, eaq; in alios transferri, præside, qui legem violarit, violarive concesserit, centum libris auri multando, & dignitate propria, cinguloq; spoliando, *l. civitatũ. 2. vers. nullus vero cogatur. vers. quod si nihil fisco. & vers. at si necessitas. ibiq;* Cujac. ubi etiam lib. 58. βασιλικῶν adducit. *C. ut nemini liceat in coemt. spec. l. b. 10. l. civilia, 1. C. de mun. patrim. lib. 10. l. un. in fin. C. de superexaction lib. 10.* Alberic. de Rosate *de Mun. & honor. n. 99.* Nos *Cons. 48. n. 90. volum. 2.* Quod si verò ulterior instet necessitas, nemo se communibus subtrahet oneribus, quin liberali animo potius, & voluntate promtâ, absq; solutione etiam certi pretii, pro facultatibus suis aliquid conferat, modò tamen magistra-
237 tus † non præposterè & violenter, prout hactenus fieri consuevit, sed placidè & paternè procedat, *c. cum apostolus 6. §. prohibemus. de cens. exact.* Frider. *lib. 2. de mandat. cap. 44. n. 6. & seq.* Zorer. *quæst. 11. n. 812.* Johann. Matth. *d. loc. cap. 7. n. 32. & seqq.* nec miseris subditis, quibus aliàs præter vitam, parum, vel etiam nihil superest, extremum spiritum planè intercludat: Boni siquidem
238 † pastoris est, quod ad Æmilium Rectum Ægypti præfectum, Tiberius Imperator dixit, tondere pecus, non deglubere, Sueton. *in Tiberio. cap. 13.* Dio. & quidem non solum haud excoriandæ sunt oves, sed nec cutis ipsis est offendenda: che non solo non lo scorticassero, ma che ponto non intaccassero loro la pelle, Boccalin. *2. ragg. 6. fol. 29.* &, cum Alexandro Magno,
239 odio † olitorem, qui radicitus olera exscindit, Maxim. Tyrius *serm.*

serm. Philos. 13. καὶ κακουργεῖν μετὰ, τὴν ἐκ ῥιζῶν ἐκτίμησιν τὰ λάχανα. Petrus Gregor. Tholos. *lib.3. de Republ. cap.9. n.15.* Gail. *lib. 1. de public. pac. cap.2. n.21.* Bocer. *de collect. cap. 1. n.16.* Et si ex arboribus fructus ferre velimus, non eæ sunt vastandæ: exscindenda, † non evellenda est sylva, Besold. *de arar. public. cap.4. n.1. & 12. in princ.* 240
Quotusquisq; autem magistratus oppidanus hodie cingulum non amitteret, & dignitate sua officioq; non dignè privaretur, cum videamus omnes sine ratione & respectu personarum & facultatum turpiter procedere, & vel in levissimo prætensæ necessitatis casu, miseris subditis, & aliis vicinis rebus suis in oppidis salutem quærentibus, non solùm de necessario † & ad victum seposito frumento, quantum libet demere, & aliquot vicibus repetitas collectas etiam capitationis præter fas, jus & æquum, imponere? gloss. *in l.un. C. de mulier. & in quo loc. lib. 10. l. Titia. 34. §. qui invita. 5. ff. de legat. 2.* Freder. de Senis *Cons. 111. n.8.* Natta *Cons. 160. n.34. & Cons. 447 n.14.* Menoch. *Cons. 75. n.9. vol.1.* cum tamen id, † quod semel decimatum est, amplius decimari non debeat, *c. fin. de decimis.* & , nisi extrema necessitas id fieri postulet, nemo defensionem atq; conservationem Reip. amplius quam semel suscipere cogatur, Paulus *in l. æstimationem. 16. §. fin. ff. de mun. & honor.* Gœdd. *Cons. Marp. 16. n.348. & seqq. vol. 4.* Cui malo tamen, & ne in pernitiosam consequentiam trahatur, exindeq; Jus formetur, Gœdd. *d. loc. n.152.* forenses † & privilegiati, atq; à talibus & aliis collectis immunes homines, legitima protestatione maturè & tempestivè occurrere, & ad superiorem desuper appellare debent, Alex. *Cons. 136. n.12. lib.2.* Coth. *Cons. 11. n.178. vol.1.* Gylm. *tom.2. Symphor. part.2. tit.6. vot.7. n.50.* sec enim si faciunt, & si collectas sine protestatione solvunt, sua privilegia amittunt. Unde quamprimum nomen suum libro solventium collectas inseri quis comperit, appellare necesse habet, † nisi pernitiosâ taciturnitate sibimetipsi præjudicare velit, *l. veteram. 1. C. de his qui sponte mun. publ. sub. lib. 10.* Alexand. *d. Cons. 136. n.12. lib.2. teste* Maranta *de appellat. n.325.* Anton. Gabriel. Roman. *comm. conclus. 6. de immunit. conclus. 1.* Besold. *de Appellat. cap.7. n.12. circa* Taciturnitas † quippe, juxta Ciceron. de Invention. imitatur confessionem, & facit amitti Jus tacentis,

241 242 243 244 245

*l.cum ostendimus.4.§.fin.ff.de fidejussor.tut.l.in sponsalibus.7.l.sed quæ patris.12 ff.de sponsal.*Cothman. *Cons.11.n.10.& seq.vol.1.* Johann. Matth.*de contribut.cap.4.n.27.* & in terminis plenius, *cap.6.n.23. in fin.& n.24.*

246 Sordida † extraordinaria munera tam Pacis quam belli tempore eadem, & unius esse generis diximus,*l.illud.32.ff. ad L. Aquil.*Everhard.*loc.ab ident.rat.* Marpurgenses *sæpe allegato Consilio fol.vago de contribut.n.143.* Utraq; autem, respectu tamen patrimoniorum,consistunt vel in labore personarum,vel jumentorum,*l.ult.§.patrimoniorum.21.ff.de mun.& honor.* Personarum,

247 † dum transeuntibus militibus vel per se, vel per alios viam monstrare coguntur, & eà ratione, non malè Alciatus,qui Angaros, vocem Persicam, & nuncium significare,exindeq; Græcos angarias deduxisse, angarosq; bajulos & onera subeuntes appellâsse scripsit cum gloss *in l.neminem.n.2.C.de SS.Eccles.* Suida. Johann.Matth. *d.loc.cap.3.n.197.*Regner.Sixtin. *lib. 2. de Re-*

248 *gal.cap.13.n.4.* Jumentorum, † dum ob negotium aliquod, cui celeriter, necessitate ita urgente, vehendis oneribus providendum est, transvectione scilicet armorum, bellicorumq; instrumentorum, annonæ item & aliarum rerum, angariæ & parangariæ, Johan.Philip.Monspel.*Cons.39.n.1.*Knichen.*in En-*

249 *cycloped.cap.11.n.6.*sub quorum † appellatione non solum equorum & aliorum jumentorum, sed & plaustrorum, naviumq; præstationes continentur,*l.pen.ff. de veteran.* Cujac. *in l. ult. C. de fabricens.lib.11.*Hotom.& Borcholt.*in c.un.n.84.quæ sint regal.* Ferrar.*lib.5.de feud.cap.7.vers.sunt & alia munera.*Rosenthal. *de feud. cap.5.conclus.70.n.3.* exigantur, *d.l.ult.C.de fabricens.l.comparationi.1.C.de quib.mun.vel præst.nem.lic.se excus.lib.10.junctâ l.maximarum.12.C.de excus.mun.lib.10.*Petr.Gregor. *lib. 11. de Republ. cap.5 n. 10.*

250 Sixtin.*d loc.n.11.& seqq.* Patrimonialia † autem hæc munera & realia,*l.ult.§ patrimoniorum.21.ff.de mun.& honor.l. hac nostra. 2. C.de præpos.sacri cubic.lib.12.*Guil.de Cun.*de Munerib.n. 30. & seq.* Cujac.*in d.l.comparationi.1.*Wesenbec *in Parat. n.3 ff. de mun.& honor.*Gothofred.*in l.sunt munera.11.lit.O.ff.de vac. & excus. mun.* Borcholt.*d.loc.n.84.*Schoner.*lib.1.disp.feud.4 th.123.* & quidem, utcumq; Remig.de Gonni *de charitat.subsid.quæst. 59.n. 2.* aliud sentiat, cum non nisi tempore necessitatis exigantur,*l fin.C.de*

his

his quæ ex public. cellat. l. placet. 5. C. de SS. Eccles. l. obsistere. 10. C. de annon. & tribut. lib 10. c. adversus. de immunit. Eccles. Marpurgens. *dict. Cons. n 71. & seqq.* extraordinaria † & sordida, *d. l. hac nostra. 2. C. de præpos. sacri cubic. lib. 10. d. l. maximarum. 12. C. de excusat. mun. lib. 10.* Regner. *d. lib 2. de Regal. cap. 13. n. 40.* & tempore expeditionis † Cæsareæ & necessitatis, ab omnibus indifferenter, sic, ut nec Ecclesia, † nec domus regia, nec forensis excusationem habeat. *d. l. fin §. patrimoniorum. 21. & § pen. ff. de mun. & honor. l. multi naves. 1. C. de navib. non excusand. lib. 11. l. nullus. 2. C. de curs. public. & angar. & parang. lib. 12. l. cum adfelicissimam. 2. C. de quib. mun. lib. 10. Constit. Frideric. 2 de statut. & Consuetud. §. item nulla. & inde desumta Auth. item nulla. C. de Episcop. & cleric. l. omnis. 2. §. ad parangariam 3. C. eod.* Frider. *lib. 2. de mandat. cap. 45. n. 2.* nec quis cujuslibet † ordinis & dignitatis, ætatis aut privilegii, militiæve intuitu, immunis exeat, præstanda esse apparet sufficienter, præter jam adducta, etiam ex *l ab his oneribus. 10. & d. l. sunt munera. 11. ff. de vacat. & excus. mun. d l. fin. §. patrimoniorum. 21. l. munera. 2. l. neq; tempore. 5. C. de quib. mun lib. 10. l. nullus 2. C. de curs. public. lib. 12.* Regner. Sixtin. *lib. 2. de Regal. cap. 13. n. 22. & seqq.* Licet enim aliàs Ecclesia, † & alia pia loca, personæq; Ecclesiasticæ, *d. l omnis. 2. §. ad parangariam. 3. C. de Episcop. & cleric. cum similibus,* silentiarii † item & decuriones, *l. hac nostra. 2. C. de præpos. sacri cubicul. lib. 12.* & cubicularii † sacri cubilis, *l. decurionib. 3. C. de siend. & dec. lib. 12.* nec non † cubicularii sacri palatii & excubicularii, *l. maximarum. 12. C. de excus. mun. lib. 10. d. l. hac nostra. 2.* & † milites, *l. ult. §. sive autem personalium. 29 ff. de muner. & honor. l. ab his. 10 §. angariarum. 2 ff. de vac. & excusat. mun.* & † Doctores, *l. medicos. 6. & l. ult. C. de profess. & med. lib. 10. d. l. ab his 10 §. angariarum. 2. ff. de vacat. & excus. muner.* Petrus Poncet *de Jure Municipali. dist. 14. & dist. 51. §. Doctores legũ.* No. *Cons. 48. n. 5. 8. & 57. & seqq. & Cons. 60. n. 44. & 61. volum. 2.* & multi † alii à talibus muneribus immunitatem habeant, *d. l. medicos. 6. & ibi* Dd. communiter omnes. *d. l. maximarum. 12.* Lucas de Penna *in l. mulieres 13. C. de dignitat. lib. 12.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 72. n. 2.* Id tamen omnimodo fallit, quando angariæ & parangariæ † vel ad supremi principis, quod diximus, expeditionem, *l. nemini. 11. C. de quib mun. vel præstat. nem. se liceat. lib. 10. l. nullus. 2. C. de curs. public. lib. 12. l. jubemus. 10. C. de SS. Eccles.*

Margin: 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262

263 vel ad publicæ † annonæ transvectionem, *l. ult. C. de navib. non*
264 *excusand. lib. 11.* vel ad instructionem † & restaurationem pontium & viarum, *l. ad instructionem. 7. C. de SS. Eccles. l. absit. 4. C. de*
265 *privil. dom. Augustæ lib. 11.* portusve † & murorum, *l. ad portus. 7. C. de operib. public.* vel aliam aliquam magnam & inevitabilem
266 † imminentem publicam necessitatem exiguntur, *l. via. 4. ff. de veteran. l. multi. 1. & l. jubemus. 2. C. de navib. non excusand. lib. 11.* Regner. Sixtin. *d. loc. n. 26. 27. & seqq.* Dn. Bocer. *de Regal. cap. 3. n. 248.*
267 *& seq.* vel vis etiam major, omnes † leges & bonas constitutiones silere jubens, imminet, Cicer. *pro Milone.* Roland. à Valle *Cons. 66. n. 61. volum. 1.* Cothman. *Cons. 13. n. 23. volum. 3.* Quibus
268 casibus tamen, si vel animalia vel plaustra † amissa, aut damnũ passa fuerint, sumtu & periculo totius universitatis, quæ ad hujusmodi onera arcam communem habet, *l. neq; societas. 1. §. quibus autem. 1. ff. quod cujusq; univers. nom.* non autem eorum, qui ad eadem selecti & compulsi, resarcienda sunt & veniunt,
269 æquissimum siquidem est, ut † omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est & factum, *l. lege Rhodia. 1. l. si laborante. 2. ibiq;* Bald. *ff. de L. Rhod. de jact.* Gail. *lib. 2. Obs. 22. n. 48. & seqq.* Bocer. *d. loc. n. 249.* Sixtin. *d. loc. n. 78.* Rövenstrunck *Consil. singul.* von Anlagen / Contributionen / Kriegssteuern / *n. 258. & seq.*

CAPUT IV.

De Muneribus Mixtis omnis generis.

Summaria.

1 *Munera mixta sunt vel Capitationis & patrimonii, & personarum respectu, vel Manualia & Rusticalia onera.*
2 *Capitationis onera sunt summè odiosa.*
3 *Et fiunt vel in capita hominum, quando pro unoquoq; capite aliquid solvitur.*
4 *Ubi nec servus nec ancillis parcitur.*
5 *Et ἐπικεφάλια*
6 *Capitis census, tributum & stipendium dicuntur.*
7 *Vel in jumenta.*
8 *Aratores non sunt impediendi.*
9 *Et contra facientes mandatis urgentur.*
10 *Si capitatio instituenda, ut odiosa, non est repetenda.*
11 *Necessitas non habet legem.*
12 *Divinam frangit reverentiam.*
13 *Et res DEO dicatas è sacrario tolli permittit.*
14 *Similium idem est judicium.*

15 *Capita-*

1 MUnera mixta † in σκιαγραφίᾳ & Proloquio hujus Operis duplicis generis fecimus: Unum, Capitationis partim, partim patrimonii, respectu personarum. Alterum, vel Manualium vel Ruricalium onerum. Illud quod spectat, ut
2 summè † odiosum & grave, summo quoq; studio fugiendum, nec, nisi extrema & inevitabili necessitate urgente, introducendum, *l. indictiones. 3. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Bald. *2. Feudor. 56.* Casaubon. Exercit. in Baron. *16. diatrib. 6. in fin.* Nos *supra cap.*
3 *2. n. 103.* & fit vel in † capita hominum quando nimirum capitatim & viritim singuli cives pro suis non solum sed & conjugum & liberorum ac servorum, Jul. Cæsar. *lib. 3. de bello Civili. post princ. fol. mihi 172.* capitibus aliquid, aureum puta, *l. un. C. de capitat. civ. censib. exim. lib. 11.* solvere jubentur, *l. cum antea. 10. C. de agri-*
4 *col. & censit. lib. 11.* ubi nec servis etiam, † nec ancillis quin de sua annua mercede aliquid contribuant, parcitur. R. A. zu Augspurg de año 1490. §. nemblich das allen. R. A. zu Speyer de anno 1542. §. vnd wiewol. R. A. zu Cöln de anno 1512. §. vnd damit der arme. R. A. zu Augspurg de anno 1518. §. vnd nemblich. Bocer. *de Regal. cap. 3. n. 219.* Döring *in Bibliothec. JCtorum. tom. 1. verb. ærarium. n. 197. ubi in terminis.* Rovenstrunck. *d. loc. num. 36.* &
5 † ἐπικεφαλαία, Cicer. *lib. 5. Epistol. ad Atticum. 56.* Petr. Gregor. Tho-
6 los. *lib. 3. de Republ. cap. 5. n. 7.* & † capitis census, qui eruditissimo Grammatico Hesychio, εἶδος νομίσματος ἐπικεφάλαιον, vel νομίσματα ἐπικεφάλαια, Casaubon. *d. loc.* sive tributum & stipendium dicitur, Tertullian. *in Apologet.* Salicet, *in l. fin. C. sine censu vel reliqu. fund. compar. non poss.* Cujac. *in Rubr. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Mor-
7 la *in Empor. Juris. tit. ult. quæst. 7.* vel † in jumenta, *l. 2. C. de immunit. nem. conced.* Bocer. *de collect. cap. 7. n. 4.* cum, quod hodie valdè frequens, pro singulo equo florenus, pro bove aratorio,
8 † quamvis hi, ne cultura agrorum impediatur, non facilè detinendi aut executioni subiiciendi, *l. executores. 11. & Auth. agricultores. C. quæ res pign. oblig. non poss. l. 1. C. de collat. fund. patrim. l. 1. C.*
9 *de agricol. & censit. lib. 11.* unde contra impedientem † culturam agrorum & sationes mandata sine clausula obtineri possunt, Ordin. Camer. *part. 2.* atq; ita factum in causa Eisengrein/contra Speyer/Regner. Sixtin. *lib. 2. de Regal. cap. 14. n. 276. & seq.* videa-

tur

13 theses † aliàs nullius sint pretii, Gothofred.*in respons.ad prodrom. Zeschlini.fol.61.* magni faciunt magni Doctores) quod solenne admodum est regibus Galliæ, ut nimirum interposito quandoq; etiam juramento, se, necessitate sublatâ, tributa quoq; remissuros promittant, Joh. à Chokier *lib.2.Aphorismor. Polit.c.10.*
14 si † (5.) pollicitationes addantur vel concedendorum, vel cōservandorum privilegiorum, in vicem compensationis, &
15 † si (6.) populus videat, candidè secum agi, Besold.*d.loc.cap.4. vers.1.& seqq.* Bornit.*lib.6.de ærar.cap.1.in fin.* Döring. *d. loc. n.177.*

Publica

Publica † Utilitas. Ea siquidem semper, in summa etiam 16
necessitate, observanda, & omnibus privatorum comoditatib⁹ præferenda est, *l. ita vulneratus 51. in fin. ff. ad L. Aquil. l. sunt personæ. 43. ff. de relig. & sumt. fun. Auth. res quæ. C. de legat. l. utilitas. 3. C. de primipil. lib. 12. Nov. 39. cap. 1.* Wesenbec. *Cons. 215. n. 1. volum. 5.* Hartman. Pistor. *lib. 3. quæst. 25. n. 22.* & incommodis, *l. jubemus. 10. C. de SS. Eccles. l. 1. C. commun. de legat. Nov. 7 cap. 9. vers. nec oportet.* Andr. Rauchbar *part. 2. quæst. 27. n. 46.* sic quidem, ut magistratui liceat, non tantum belli tempore, sed etiam ex alia causa publica, noñ solùm contributionem indicere, † sed & utilitatis pu- 17
blicæ ergò rem privatis planè auferre, Alexand. *in l. 1. n. 45. ff. sol. matrim.* Natta *Cons. 12. n. 5. & seq. lib. 1.* Vivius *decis. 312. lib. 2.* Vasquius *de success. creat. lib. 1. § 6. num. 21. & seqq. & lib. 1. illustr. controv. cap. 6. n. 4.* Gail. *lib. 2. Obs. 55. 56. & 57.* Heig. *part. 2. quæst. 1. n. 140.* Pet. Gregor. *lib. 1. de Republ. cap. 10. num. 49.* Hotom. *illustr. quæst. 1. per tot.* Arnold. Clapmar. *lib. 4. de arcan. Rerumpubl. cap. 16. & 22.* Waremund. ab Ehrenberg *d. loc. cap. 10. fol. 136.* Pruckman. *§ soluta potestas. cap. 4. membr. 2. effect. 4 n. 1. & seq.* Harpprecht. *Rubr. Inst. de rer. divis. n. 101.* modò tamen aliquâ † saltem fiat pretii refusio, *l. si pen- 18
dentes. 27. § 3. ff. de usufruct. l. venditor. 13 § 1. ff. comm. præd. l. 2. C. pro quib. caus. serv. pr. am. libert.* Bornit. *d. loc. lib. 7. cap. 3.* Reguer. Sixtin. *lib. 2. de Regalib. cap. 13. n. 78.* affinis noster Rümelin. *dissert. ad Aur. Bull. 5. thes. 9. part. 1.* Et licet hoc primo aspectu iniquũ videatur, cum nemo invitus † rem suam alienare aut vendere cogi possit, 19
nec cuiquam permissum sit, quasi per rapinam, ab invito domino, etiã justo pretiorem comparare, *l. nec quasi. 70 ff. de rei vindic. l. 9. ff. de act. rer. amot.* sic quidem ut † gravis injuria repute- 20
tur, quæ inani honestatis colore veletur, si homines de reb⁹ suis quicquam inviti facere cogantur, *l. dudum. 14. C. de contrah. emt.* Hoc tamen quale, quale incommodum privatum † commodo 21
publico, cujus gratia non solùm à communibus Juris regulis receditur, & in contrarium itur, & licitum fit, quod aliàs fieri non poterat, rependitur, *l. bona fides. 33. ff. depos. d. l. ita vulneratus. 51. in fin. ff. ad L. Aquil. d. l. jubemus. 10. C. de SS. Eccles. d. l. 1. & Auth. res quæ. C. comm. de legat. c. Abbate. § fin. vers. præsertim. de sent. & re judicat.* Hippolyt. *in pract. Crimin. § aggredior. num. 61. & seqq.*

Hartm.

Hartm. Pistor. *d. lib. 3. quæst. 27. n. 22.* Rauchbar *d. loc.* Doring. *d. loc. n. 221.* Nos *Conf. 35. n. 7. vol. 2.* Consistit autem & deprehenditur publica utilitas † in supremâ lege, quæ populi salus est, Cic. *lib. 3. de Legib. l. bono, 1. ff. de usurp. & usucap.* Panormit. *in c. licet. n. 9. de voto.* Pinell. *in l. 2. part. 1. cap. 1. n. 40. C. de rescind. vend.* Connan. *lib. 1. Comm. cap. 7. n. 7.* Hotom. in Franco-Gallia. *cap. 12. fol. 92. & 104. cap. 13. fol. 121. c. 21. fol. 164. & cap. 23. fol. 184.* Thoming. *decis. 26. n. 30.* Borcholt *de usur. cap. 1. n. 16.* Cothman. *Cons. 3. n. 40. vol 4.* Wehn. *in Metamorphos. Rerumpubl. cap. 23. §.* Dieser Irrthumb kompt daher. *in fin.* Pruckman. *§. soluta potestas. cap. 3. n. 53.* hoc est, vel in aversione mali, vel in promotione boni, ad quod utrumq;

22

23 † etiam cum ingratiis & damno privatorum summo studio allaborandum, *c. duo. 2. c. nervi. dist. 13. c. Episcopus. 2. dist. 23. c. si aliquid. cum c. seq. c. non solùm. & utrobiq;* Archidiacon. *22. quæst. 4.* Abbas *in c. requisivit. n. 3. de sponsal.* Cacheran. *decis. 137. n. 19.* Capiferrat. *de num. test. part. 1. cap. 3. n. 54.* Seraphin. de Seraphin. *de jurament. privileg. 20. n. 16.* Coras. *lib. 1. miscell. cap. 3. n. 6.* Pruckman. *d. §. soluta pote-*

24 *stas. cap. 4. effect. 1. n 38.* modò tamen æqualitas, † quæ ob concordiam in omnibus hominum negotiis, rebus & actionibus semper servanda, Marian. Socin. *Cons. 144. n. 30. vol. 3.* Jacob. Novell. *de Jure protimis. §. 7. n. 63.* Anton. Guibert. *de dote. cap. 6. n. 4.* Thom. de Vio *de mont. pietat. cap. 14. n. 5.* Johann. Sapor. *de collat. n. 2.* Re-

25 doan. *de reb. Eccles. non alienand. Rubr. 19. num. 154.* τὸ ἴσον † ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ, Wesenbec. *in Parat. ff. de collat. bonor. num. 1. circa fin.* Cothman. *Cons. 3. n. 66. volum. 1,* Nos *latè Cons. 45. n. 28. & seqq. volum. 2.* & Geometrica proportio observetur, & quilibet pro modo substantiarum & opificiorum, & non ultra gravetur, nec divites per gratiam releventur, & pauperes eximantur, *l. fin. C. quemadm. civil. mun. indic.* Thomat. *de collect. §. Nobilitas. num. 17. &*

26 *seqq.* pauperes verò iniquâ peræquatione obruantur, sicq; † alii pro aliis graventur, *l. nulla. 25. ff. de Legib. l. non debet. 24. ff. de Reg. Jur. l. quod favore. 6. C. de Legib. c. indultum. 17. & c. quod ob gratiam. 61. de Reg. Jur. in 6. Nov. 43. l. un. C. ut null. ex vican. lib. 11.* Antibol. *de Muner. part. princ. 3. §. 2. n. 40.* Nos *Cons. 30. n. 20. volum. 1. & Cons. 60. n. 79. & seqq. volum. 2.* Doring. *d. loc. verb. ærarium, n. 126.* exindeq;

27 maxima inæqualitas, † quæ nemini amica, & legibus etiam,

utpote

utpote diſcordiæ inductiva, conſervativa & nutritiva, inimica, oriatur, *l. ſi id quod. 7. in fin. ff. de reſcind. vendit.* Cravet. *Conſil. 173. n. 3.* Rub. *Conſil. 7. n. 1.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Lucenſ. 29. n. 15.* Rol. à Valle *Conſil. 100. n. 17. vol. 3. & Conſil. 51. n. 8. vol. 4.* Cephal. *Conſil. 733. n. 23. lib. 5.* Socin. *Conſil. 98. in fin. lib. 1.* Vult. *Conſil. Marpurg. 29. num. 57. & ſeqq. volum. 1.* Quod commodè præcaveri poteſt, ſi, quemadmodum † agriculturæ ejusq; fructibus, ita quoq; mercatorib⁹, 28
artificibus atq; opificibus (quorum hi aliàs parùm aut nihil in bonis habent) intuitu negotiationum, artificiorum & opificiorum, quibus æquè, ac illâ, & aliis modis honeſtis lucrum quæritur, onera ac tributa ex negotiatione & quæſtu ſuo manuario, Andr. de Iſernia *in c. un. verb. plauſtrorum. n. 55. ibiq;* Berojus *n. 54. quæ ſint regal.* Carol. Tapia *in Rubr. ff. de Conſtit. princip. c. 4. n. 45.* juramento à ſemetipſis lucro, quod capiunt, æſtimato, ſolvenda, imponantur & aſſignentur, Bornit. *lib. 5. de arar. c. 8.* Andr. Fricc. *lib. 3. de emend. Rep. cap. 12.* Læl. Zech. *lib. 2. Polit. cap. 3. pag. 228.* Alex. ab Alexandr. *lib. 4. Genial. dier. cap. 10.* Petr. Gregor. *lib. 3. de Republ. cap. 6. n. 4.* Ripa *de peſte. cap. 6. n. 4.* Marquard. Freher. *lib. 1. parerg. cap. 10.* Döring. *noſter d. loc. n. 145. & 146.*

In averſione mali & promotione boni dixi, hoc eſt, in defenſione ſubditorũ legitimâ †: & hanc unicè ob cauſam tam 29
ordinariæ quã extraordinariæ collectæ à ſubditis præſtantur: Dann gleich wie ein Kriegsmañ deßwegen ſeinen Monatsold empfähet / dz er Ritterlich ſtreiten ſoll: Alſo werden den Regenten auch ihre gebührliche Jährliche Einkom̃en / Schatzung vnd Stewer erlegt / auff dz ſie deren / ſo ſie geben müſſen Wolfahrt deſto ernſthaffter fordern / vnd ſie in gutem Fried vnd Sicherheit ſchützen vñ erhalten ſollẽ / Rom. *13. verſ. 6.* Wehn. *in Metamorph. Rerump. c. 12. ſtatim à pr.* Principes † enim & magiſtratus cum ad id à Deo ordinati, ut pro 30
lege & pro grege pugnent & vigilent, cũ primis hoc agere & præſtare tenentur, ut qui ſuæ fidei & protectioni com̃iſſi ſunt, & eo nomine debita onera præſtant, tã pro ſe quã bonis ſuis, ab aliorũ quorumvis impetitione prorſ⁹ ſint im̃unes ac in tuto. Oldr. *Cõſ. 234.* Alciat. *reſp. 163. n. 13.* Bertr. *Conſ. 133. n. 3. part. 1. vol. 3.* Cothm. *Conſil. 11. num. 59. volum. 1. & Conſil. 3. num. 287. volum. 4.* aliàs, & ſi ſubditi non defendantur, † ſed, prout hoc ſeculo, proh do- 31
lor! ubiq; ferè fieri ſolet, cujusvis ludibrio & rapinæ expo-
 nantur,

nantur, & indefensi relinquantur, nihil odiosius esse potest, quam collectas ei, à quò nullam protectionem habeamus, sol-
32 vere, Cothman. *d. loc. n. 245.* Argumento † ex D. Roman. *13. vers. 6.* à contrario sensu, quod in Jure nostro & frequentissimum & fortissimum, ducto, *l. quaecunq. 1. in princ. ibi. hujus rei fortissimũ ibiq.* Bart. *n. 4. ff. de off. ejus cui mand. l. qui testamento. 20. §. mulier. 6. ff. qui testam. fac. poss. c. cum vinum. 12. vers. nec obloquitur. de Regularib.* Cephal. *Cons. 545. n. 2.* Socin. *regul. 46. incip. argumentum à contrario sensu* Diaz. *reg. 49.* Nicol. Everhard. *loc. à contrario sensu. 19.* Villalob. *in thes. comm. opin. lit. A. n. 146. & seq. ibiq.* Vivius *in verb. argumentum à contrario sensu.* Vult. *Cons. Marpurg. 14. n. 36. & Cons. 34. n.*
33 *184. volum. 4.* Nos *de diffamat. cap. 2. § 3. n. 89.* Suos tantum † Magistratum immediatè subditos, incolas & municipes, qui pro-
34 prie domicilii † ratione tales dicuntur, *l. domicilium. 20. ff. ad Municipal. c. licet. ult. & ibi* Felin. *n. 23. de for. compet.* Gail. *lib. 2. Obs. 35. n. 2.* Mynsing. *cent. 1. Obs. 12. in fin.* Natta *Cons. 4. n. 1.* Menoch. *Cons. 692. n. 3. volum 3.* Cacheran. *Cons. 9. n. 18.* & ideo in loco habent, ubi larem, rerumq; ac fortunarum suarum summam constituunt, undeq; rursus non sunt discessuri, *textus in l. cives. 7. C. de incol. lib. 10. l. in lege. 203. ff. de Verb. Signif.* Gail. *d. loc. n. 8.* collectare posse, dixi, *l. rescripto. 6. §. fin. l. munerum. 18. § patrimoniorum. 21. utrobiq.* Bart. *ff. de mun. & honor.* Philipp. Corn. *Cons. 194. n. 10. volum. 4.* Bursat. *Cons. 16. n. 31. vol. 1.* Surd. *Cons. 262. n. 28. & Cons. 525. n. 13. vol. 2.* Gutierrez *lib. 3. pract. quaest. 15. n. 20.* Cothman. *Cons. 4. n. 263. volum. 4*
35 extra territorium † namq; jus dicenti impunè non paretur, *l. extra territorium. 20. ff. de Jurisdict. tot. tit. C. si à non compet. judic. c. fin. de constit.* Petr. Wesenbec. *Cons. 5. n. 3. & seqq.* Cothman. *Cons.*
36 *11. n. 38. volum. 1.* Et cum † quis diversis in locis domicilium habere possit, *l. Labeo. 5. ibiq.* Delrio *in miscellan. l. assumtio. 6. §. viris. 2. ff. ad Municipal. l. fin. ubi* gloss. *C. de praescript. long. tempor.* Boer. *decis. 13. n. 2.* Gail. *de arrest. cap. 6. n. 10. & 21.* in omnibus, si in quovis
37 † aequè instructus sit, & quodvis aequale habeat, collectandus, secus si est, in eo, ubi frequentius & familiarius habet domicilium, conveniendus *text. in l. ejus qui. 27. §. Celsus. 2. ff. ad Municipal.* Anton. Faber. *in suo Codic. lib. 9. tit. 29. defin. 10.* ubi senatum Sabaudiae ita judicasse refert. Arumaeus *discurs. 6. ad Aur. Bull.*

thes.

thef.12 à princ. Matth. de Afflict. *decif.384.n.5. & 11.* Florez *quaest.21. n.57.* Bocer. noster *de Jure Collectar. cap.9. n.1. & seqq.* Quamvis verò hæc omnia non solùm in Jure, sed &, † quæ est legum sanitas, æquitate ita sese habeant, *Nov. Leonis 36. in princ.* non levis tamen hic movetur quæstio, à quibusdam: Utrum nimirum magistratus Munera subditis & civibus suis imposita, etiã pro bonis extra territorium & Jurisdictionem suam sitis, exigere possit? Et sanè, prout non leves dubitandi rationes sese offerunt: ita vicissim decidendi fundamenta non infirmia reperimus. Dubitandi ratio prima est, quod munera sint onera, † quæ personis pro rebus imponuntur, nec res earumq; positus, sed personas ipsas obligent & afficiant, Bart. *in l. forma. §. illam æquitatem. n.2. ff. de censib. & in l. rescripto. §. sciendum. n. 4. ibiq.* Alexand. *lit. f. ff. de mun. & honor. & in l. libertus. §. sola. ff. ad Municipal.* Bald. *in l. omnes. n.2. C. sine cens. vel reliqu. & in l.1. n. 33. C. de sent. quæ pro eo quod inter.* Salicet. *in l.1. n.14. C. de summ. Trinit. & in l. neminem. n.2. C. de SS. Eccles.* Petr. de Ubald. *de collect. n.12.* Jason *in l. placet. n.5. C. de SS. Eccles.* Dyn. *Conf.55. n.3.* Alexand. *Conf.68. n. 1. vol.2.* Guid. Pap. *Conf.217. n.4.* Anchoran. *Conf.351. num.1. in princ.* Corn. *Conf.23. n.3. volum 1. Conf.202. n.5. volum.2.* Andr. Barbat. *Conf.1. n.33. volum.3.* Calderin. *Conf.6. n.1. de censib.* Philipp. Decius *Conf. 694. in princ.* Berojus *Conf.150. n.12. volum.3.* Natta *Conf.160. n.7.* Cephal. *Conf.309. n.31 lib.3.* Joann. de Amicis *Conf.22. n.7.* Alciat. *Conf.251. n.9.* Roland. à Valle *Conf.32. n.8. volum.4.* Schurf. *Conf.26. n 3. cent.2.* Mynsing. *cent.5. Obs.22.* Cothman. *Conf.11. n.1. & 2. volum.1. & Conf. 3. n.265. & seqq. volum. 4.* & ita in Camera pronunciatium est in causa Teutschenmeisters contra Donawerd/ Rosenthal *de feud. cap.5. conclus.80. lit.b. in fin.* sunt enim formaliter † onera personarum, Octov. Cacheran. *decis.95. n.16.* sed naturaliter † rerum, gloss. *in l. rescripto. § sciendum. verb. incolis. ff. de mun. & honor.* Bald. *in l. propter honorem. n.3. C. qui bon. ced. poss.* Thomat. *de collect. in princ. n.8.* Johann. Tileman. *syntagm.3. decad.3. vot.9. n.10.* materialiter † sunt onera patrimoniorum, Natta *Conf.146. num.4.* Cephal. *Conf. 636. n.60 lib.5.* Martin. Brun. *de cess. bonor. part. princ. 4. quæst. 9. n. 7.* effectu † sunt onera rerum, Andr. de Isernia *in c. un. n.61. quæ sint regalia.* maximam † partem capiunt à patrimonio, Alber. de Rosate *Rubric. num. 21. ff. de mun. & honor.* & persona † æquè ac res

38 39 40 41 42 43 44 45

sunt collectarum imponendarum causa immediata, *l. placet. ubi* Bart. *n. 27. C. de SS. Eccles.* Tileman. *d. loc. 29.* Cothman. *dict. Consil. 3. n. 269. & seqq. volum. 4.*

46 Altera ex Juris ratione depromitur, quod civis † cujusvis bona, ubicumq; etiã sita, non nisi pro uno patrimonio habeantur, *l. jurisperitos. 30. §. 1. ff. de excusat. tut.* & proinde cum patrimonio domicilii conjungi, & de toto patrimonio munera solvi debeant, maximè si pro universo patrimonio, & non pro possessionibus, hoc est, rebus soli tantum, imponantur, *l. rescripto 6. §. ult. vers. ult. ff. de mun. & hon.* Schurf. *Consil. 26. n 3. cent. 2.* Alberic. *d. loc. n. 49.* Oldr. *Consil. 169. n. 3.* Gratus *Consil. 61. n. 46. lib. 1.* Gylman. *tom. 1. Symphor. part. 2. tit. 6. vot. 2. n. 4.* Bocer. *de collect. cap 9. n. 7. in fin.* hæcq; consequentia vulgari theorica firmatur, quod videlicet
47 † res una & eadem diverso jure censeri nequeat, *l. eum qui ades. 23. ff. de usurpat.* Feder. de Senis *Consil. 32. n. 7. & Consil. 138. n. 4.* Albã. *Consil. 3. n. 8.* Gratus *d. loc. n. 47.* Menoch. *Consil. 2. n. 262 volum. 1.* sed
48 quod accessorium, † hoc est, res ipsa principalis sui, hoc est, personæ ac possessoris, naturã sequi debeat, *l. cum principalis. ff. de Reg. Jur l. Aurelius. §. legatum. ff. de liber. leg. l. cum aurum. §. pervenia-mus ff. de aur. & arg. legat. §. si tamen alienam. Inst. de rer. divis. c. accessorium. ibiq;* Petrus Peckius *n. 4. de Reg. Jur. in 6.* Marsil. *singul. 17. n 6.* & exinde nonnulli Interpretum disertis verbis scribunt, præ-
49 dium † extra territorium situm personam collectandam sequi, *l. fin. ff. de decret. ab ord. faciend.* Dd. *in l. 1. C. de summ. Trin.* gloss. *in l. un. verb. possideat C. de mulier. lib. 10.* Domin. de S. Gemin. *in c. 1. vers. si verò onera. de immunit. Eccles.* Alexand. *Cons. 78. per tot. vol. 6.* Dec.
50 *Consil. 694. n. 10.* Gail. *lib. 2. Obs. 53. n. 10.* & Ecclesiam † in diversa diœcesi facultates habentem, de omnibus facultatibus collectari in illa diœcesi, ubi Ecclesia sita est, Cardin. Zabarell. *in Clem 1. §. sanè n. 5. ibiq;* Joh. de Imola *in princ. n. 14. & de Jur. patron.* Cothm. *Consil. 11. n 3. & seq. vol. 1.* Tertia est, quod omnes & singuli subditi pro mercibus, quibus negotiantur, sive in Hispaniam, Italiam, Galliam, Angliam, Daniam, aliasq; provincias eas importent & exportent, sine contradictione collectas & tributa solvant: Unde & non iniquũ videtur, ut & reliqui subditi, pro bonis extra territoriũ sitis, collectas & munera præstent, cum & merces illæ vel omnium maximè extra territorium sint, argumentatio-

ne à

ne à ſimili,†quod argumentandi genus in Jure noſtro & feudis 51
rectum, frequens & legitimum eſt, ductâ, Cyn. *in l.1. in princ. C. de interdict.* Everhard. *in Topic. loc. à ſimili in princ.* Bender. *de Reviſionib. concluſ. 4. n. 131.* Schrader. *de feud. part. 9 cap. 9. n. 19.* Pruckman. *Conſil. 15. n. 14. & ſeq. volum. 1.* Valent. Guilielm. Förſter. *lib. 2. Obſ. ſucceſſiv. cap. ult.*

Quarta, quod†Interpretes & Doctores concorditer tradunt, 52
ſubditum teneri etiam pro iis poſſeſſionibus, quæ alibi ſitæ ſunt, ad collectas, Accurſ. *in l. un. in fin. ibiq.* Johann. de Platea *n. 5.* & Bald. *n. 34. C. de mulierib. lib. 10.* Salicet. *in l. cunctos. n. 14. verſ. confirmatur ſecundo. C. de ſumm. Trinit.* Bald. *Conſil. 196. n. 17. lib. 1.* Alex. *Conſil. 78. n. 9. lib. 6.* Natta *Conſil. 105. n. 8.* Cephal. *Conſil. 309. n. 31. lib. 3.* Ruin. *Conſil. 195. n. 1 lib. 2.* Gail. *lib. 2. Obſ. 53. n. 10.* Franciſc. Claper. *in centur. cauſ. fiſcal. cauſa 28. quæſt. 3. per tot.*

Decidendi verò ratio prima eſt, quod quivis magiſtratus† 53
extra territorium ſuum Jurisdictione careat, *l. fin. ff. de Jurisdict. c. fin. de conſtitut.* quæ theorica indefinitè accipienda, ut neq; directò, neq; in conſequentiam extra territorium aliquis Jus dicat, tum quod quemadmodū perſona extranea, vel, ut noſtri loquuntur, forenſis, neq; directò, neq; per conſequentiā ſtatuto poteſt obligari, *c. cum Eccleſia S. Maria. de conſtitut.* ſic nec res extraordinaria & extra ſtatuentium Jurisdictionem poſita ſtatuto affici & vinciri poſſit, argumentatione † à perſonis ad res 54
ductâ, quæ in Jure frequens eſt & valet, *l. qui furere. 20. ff. de ſtatu hom. l. ſi quis inquilinos. 112. §. ſi ita legatum. 2. ff. de leg. 1. l. ſi quis filio exheredato. 6. verſ. ergò. ff. de injuſto, rupt.* Everhard. *in Topic. loc. à perſona ad res.* Cothman *d. loc. n. 40. & ſeqq.* Matth. Stephani *lib. 2. Dialect. Jur. loc. eodem. n. 81.* & quod is, qui agrum in alia civitate habet, in ea profiteri debeat, in qua ager eſt: †Agri enim tributū in eā 55
civitatē debet levare, in cujus territorio poſſidetur, *l. forma. 4. §. is verò. 2. ff. de cenſib.* patrimoniiq; munera neceſſe eſt mulieres in his locis, in quib⁹ poſſident, ſuſtinere, *d. l. un. verſ. ult. C. de mulier. lib. 10.* Huc pertinet quod Ulpianus *in l. reſcripto. 6. §. ult. ff. de mū. & hon.* & Arcad. *in l. mun. 18. §. 21. & ſeq. ff. eod.* ſcribunt: munera poſſeſſionib⁹ indicta, etiā ab aliis, quā municipibus exigi poſſe. Ex quo colligitur, quod † prædiis indicta munera & collectæ præ- 56
ſtanda ſint in territorio, in quo habentur prædia, licet eorum

possessor domicilium ibi non habeat, Thomat. *de collect. §. sanè si negotium. n. 21. & 22.* Deinde certi Juris est, si unus idemq; diversis in locis, originis puta & domicilii territorio, bona possideat, & bona originis vel collectis vel tributis, aliisve oneribus isti originis loco indictis, obligata sint, quod pro iisdem bonis collecta aliudve onus alibi frustra imponatur, ne duabus
57 † aliquis collectis & oneribus gravetur, *l. navis onustæ. 4. §. cum autem. 2. & in fin. ff. de L. Rhod. de jact. l. Titia. 34. §. qui invita. 5. in fin. ff. de leg. 2. l. bona fides. 57. ff. de Reg. Jur. c. 83. de R. Jur. in 6.* Oldrad. *Cons. 169. n. 1.* Roman. *Cons. 161. n. 2.* Tiraquell. *de Nobilit. cap. 20. n. 170.* Gail *lib. 2. Obs. 52. n. 10.* quod Jus generale est, & non tantum prohi-
58 bet duabus † aliquem collectis in diversis locis pro una re onerari, Bald. *in l. neq. 1. §. quod si. 2. n. 12 ff. quod cuj. univers. nom.* Socin. *Cons. 202. vers. secundum corollarium part. 2.* Barthol. Socin. *Cons. 302 n. 4. volum. 2.* Alexand. *Cons. 148. n. 10. volum. 6.* Barbat. *Cons. 1. n. 5. volum. 3.* Paris. *Cons. 25. n. 84. part. 1.* Petr. de Ubald. *de collect. n. 35.* Bertrand. *Cons. 115. n. 2. part. 1. volum. 3.* infinitis autoritatibus Cothm. *Cons. 3. n. 280. vol. 4.* sed & in uno loco tributum, vel quod aliud
59 onus reale pro re aliqua † solventem, pro eadem re alibi gravari & collectari, *l. privata. 10. C. de excus. mun. lib. 10.* gloss. *in l. un. verb possident. C. de mulierib. in quo loc. lib. 10.* Bart. *in d. l. un. n. 33. C. eod.* Petr. Antibol. *de Muner. part. princ. 2. n. 21. & 22.* Jul. Ferrett. *de collect. n. 426.* Ruin. *Cons. 111. n. 7. & 10. volum. 5.* Grat. *Cons. 61. n. 39. lib. 1.* Johan de Amic. *Cons. 22. n. 6* Cravet. *Cons. 6. n. 1.* Gylman. *tom. 1. Symphor. part. 2. tit. 6. vot. 4. n. 30. & seq.* Gail. *lib. 2. Obs. 53. n. 10.* ubi expressè
60 scribit, quod si subditi ex † consuetudine vel privilegio, præscriptione vel statuto, de bonis extra territorium sitis collectentur, tunc in loco territorii à collectis & muneribus immunes esse debeant; iniquum siquidem esse utrobiq; onera realia sustinere, Alexand. *Cons. 78. n. 10. volum. 6.* Dec. *Cons. 694. n. 10.* Paris. *Cons. 25. n. 74. 84. & 90. volum. 1.* Riminald. *Cons. 10. n. 20. lib. 1.* Bertr. *Cons. 115. n. 2. part. 1. volum. 3.* Besold. *Cons. 280. n. 12. volum. 6.* quod
61 vel maximè procedit, si anniversaria † onera & pensitationes, Landstewer/Landbethe/stato tempore, superiori pendantur: quæ onera nihil aliud sunt, quam tributa, cum propter prædia è prædiis præstentur, Bald. *in l. omnes. n. 2. ibiq.* Salicet. *num. 5. C. sine cens.*

cenf.vel reliqv. Cothman.*in terminis Conf.11.n.23.& feqq. volum.1.*
Tum collectæ, inftar †fervitutum fe habent,& libertatem præ- 62
diorum imminuunt, & proinde, ut odiofæ, Decian. *Conf.41.n.*
116.volum.2. Gylman.*tom.1.Symphor.part.2.tit.6.vot.4.n.33.* nec in-
terpretatione fupplendæ,† nec latius porrigendæ, *c.odia.de Reg.* 63
Jur.in 6. fed intra † fuos terminos retinendæ, utpote quæ rem 64
ipfam vinciant & naturaliter, hoc eft, re ipfa & effectu ipfo
onera rerum & patrimoniorum fint, & indicentis Jurisdictio-
ni tantum, & non alterius adhæreant, Bald.*in l.propter honorem.*
n.9.C.qui bon.ced.poff. Thomat.*d.loc.in princ.n.8.* Natta*Conf.149.n.4.*
Cephal.*Conf.636.n.60 lib.5.* fic quidem, ut per earum indictio-
nem, prædia,† pro quibus collectæ imponuntur, tacitè hypo- 65
thecentur, Jafon *in l.apud Julianum.§.heres cogitur.n.5.ff.de legat.1.*
unde non obfcurum intellectu, prædia in alterius territorio fi-
ta, collectis & oneribus gravari,& hypothecæ nexu vinciri non
poffe, cum hypotheca † pro alienatione habeatur,*l.fin.C.de reb.* 66
alien. non alienandis. cui tacitè ifta † lex infit, ut prædium obli- 67
gatum diftrahatur, vel creditori Jus dominii in eo tribuatur,
l.fi convenit.4.ff.de pignor.act.l.pignoris.17.ff.de pignor.l. ult. C. de Jur.
dom.impetr. Hotoman.*Conf.3.* quod in bona extra territorium
fita nullo modo fieri poteft: cum fubditi & cives ratione bo-
norum extra territorium pofitorum, vel omninò pro non ci-
vibus & fubditis, fed pro forenfibus, vel certè bona eorum
extra territorium fita pro forenfibus bonis habeantur, Thomas
Parpal *in l.placet.n.55.C.de SS.Eccles.* Thomat. *§.fanè.n. 21. & feq.*
Gothman.*d.Conf.11.n.46.n.50 51.& n.61.& feqq.volum.1.* Tandem
hæc fententia, quod nimirum munus† in loco, quo quis agrum 68
habet, folvendum, *d.l.forma.§.fi verò.ff.de cenfib.* Antibol.*de mu-*
ner.part 3.§.2.n.44. ut æquitati proprior, † majoribus & fanio- 69
ribus Dd. calculis eft approbata, Guilielm.de Cuneo *in l. nemi-*
nem n.7.C.de SS.Ecclef.& de muner.n.16. Petr.de Ubald. *de collect.*
n.34. ibiq; incertus autor *Conf.2.n.6.* Hieron. Alban.*apud Bart. in*
d.l forma.§ illam æquitatem.ff.de cenfib. Alber. de Rofat.*part. 2. fta-*
tut.quæft.135. Thomat.*d.loc.n.11.& 21.* Thomas Parpal. *in d.l.placet.*
n.55.C.de SS. Ecclef. Oldrad.*de Muner.quæft.4.n.13.* Guido Papæ *de-*
cif 5.n.458. Roman.*Conf.16.n.2.* Barthol.Socin.*Conf.129.n.1.& feqq.*
vol.1. Boer.*Conf.9.n.5.* Joh.de Amic.*Conf.22.n.9.* Dec.*Cōf.694.n.10.*
Alciat.

Alciat.*respons.251.n.1.3.& 10.*Beroj.*Consil.150.n.12.volum.3* Chassan *ad Consuetud.Burgund.Rubr.9.§.18.n.3.*Cothman.*d.loc.n.66.& seqq.* Gail.*lib.2.Obs.52.n.13.& Obs.53.n.3.*

Neq; verò movent, quæ pro Affirmativà superius adductâ
70 sententiâ: Non primum: Illud enim † tum demum procedit, si subditi bona in diversis quamvis locis sita, sub unius tamen domini habeant Jurisdictione & imperio: & tunc nullum dubium est, quin de omnibus, ubicunq; etiam sitis, subditum, si velit, collectare possit bonis, Bertrand.*Cons.115.n.2.part.1.volum.3.*Cothman.*d.loc.n.36.& seq.& n.54.* secus verò se res habet, si subditos etiam alibi, quam in loco domicilii & Jurisdictionis domini, sub quo habitant, bona possident: Tunc enim ultra vires hereditarias, quas in tali loco habent, nec urgere,
71 nec domino extra territorium † suum Jus dicere volenti impune parére potest, *d l.fin.ff.de Jurisdict.c.fin.de constitut.* Thomat.
72 *d.loc.*Cothman.*d.loc.n.38.& seqq.* sed huic tribuet, † quod debet, & alteri suum non denegabit, Math.*22.vers.21.*Rom.*13.vers.7.§.Juris præcepta.6.Inst.de Just.& Jur.*

Nec secundum: iisdem namq; innititur præsuppositis,
73 quibus primum, † quibusq; cadentibus & ipsum cadat necesse est, Gravetta *Consil.468.n.4.*Cephal.*Consil.602. n.9.* Casaubon. Exercit.in Baron. *16. diatrib. 148.vers. suppositio falsa.* Deinde
74 exaudiendum † de collectis Imperialibus, & de domino collectante, qui in utroq; territorio sibi imperium vindicat, Gylm. *tom.1.Symphor.part.2.tit.6. vot.3.n.41.* Non verò de provincialibus, & collectante domino, qui tantum in territorio, ubi domicilium habent cives, Jurisdictionem & imperium exercet: Illo casu cives, pro bonis quoq; extra territorium sitis, onera ferre debent: hoc, non item, Lucas de Penna *in l. un.n.8.vers.& siquidem.C.de mulierib.lib.10.*Gothman.*d loc.n.36. & seqq. & n. 10. & seqq.*Bocer.*de collect.cap.9.n.6.* Tum subditi bona, ubicunq; sita, pro uno patrimonio habentur, respectu hereditatis, non verò respectu situs & Jurisdictionis. Nec feret alter dominus in bona suæ Jurisdictioni subjecta, alterum Jus dicere, aut onera, præsertim extraordinarii, eis imponere, 2.Reg.*23.vers.35. l.fin.ff.de Jurisdict.l.un.C.de mulier.lib.10.l.4.§.is verò.2.ff.de censib.l.rescripto.6.§.ult.ff.de mun.& honor.*Bocer.*d.loc.n.7.*Döring. *in bibliothec.*

bibliothec. Ctorum. verb. ærarium n. 200. in princ. vers. hac bonis tantum. Ad evitandum † ergò absurdum & inconveniens unum 75
& alterum aliter dicere & statuere non possumus, Curt. jun. *Consil. 5. num. 58. volum. 1.* Ruin. *Consil 93. n. 8. & 16. volum. 2.* Riminald. senior *Cons. 87. n. 16. volum. 1.* Vult. *Cons. Marpurg. 45. n. 41. volum. 4.* cum † absurdi vitandi causa ab istiusmodi illationibus 76
abstinendum sit, *l. nam absurdum ff. de bon. libert. l. 1. § unde quaeritur. ff. de public. & vectigal. l. un. § pro secundo. C. de cad. tollend.* Everhard. *loc. ab absurd. 23. per tot.* & argumentum † à vitando absur- 77
do nulli cedat, Cravet. *Cons. 582. n. 4. & 5.* Gœdd. *Consil. Marpurg. 48. n. 95. volum. 4.* Tandem quamvis unius ejusdemq; hominis unum tantum & idem patrimonium esse oporteat, ne una † ea- 78
demq; res diverso jure æstimetur, id tamen fallit, si diversa ratio contrarium suadeat, *l. nam etsi. 15. §. fin. l. mater. 10. § fin. ff. de inoff. testam.* Mandell. *Cons. 38. n. 7.* vel si locorum † diversitas patri- 79
monia dividat, *l. pupillo. in fin. ff. de tut. & curat. dat.* Albert. Brun. *de statut. art. 8. quæst. 52. n. 4.* Vel deniq; si ipsius negotii † natura & 80
rei eventus id desiderat, *l. circa. 24. ff. de inoffic. testam.* Neq; movet, quod accessorium sequatur naturam sui principalis, atq; adeò prædia extra territorium sita ad personam subditam accedant. Quia id tum demum itidem procedit, quando res diversi patrimonii sub unius domini Jurisdictione sitæ sunt. Multò minus negotii facessit Zabarellæ & Canonistarum doctrina *in d. Clement. un. §. sanè. de Jur. patron.* Nam expressè loquuntur † de collectis Papalibus, quas à Papa, velut superiore, 81
& in utrâq; diœcesi potestatem habente, Ecclesiæ in una diœcesi sitæ pro rebus utriusq; diœceseos jure imponi posse tantum abest, ut inficiemur, ut id potius disertè concedamus, Cothm. *Cons. 11. n. 126. & seqq. volum. 1.*

Nec tertium: Mercatores siquidem rectè de mercibus & negotiationibus suis, licet eas in alias regiones invehant, vel etiam exportent, in loco domicilii munera subeunt, tum quia potior negotiatio in loco domicilii est, & † à potiori fit deno- 82
minatio, Paul. de Oriano *in l. 1. n. 83. ff. de off. ejus cui mand. est juris- dict.* Riminald. *Rubr. n. 33. C. qui administr.* Curt. jun. *Consil. 44. n. 5.* Cravet. *Cons. 628. n. 17.* Signorol. de Homod. *Consil. 48. col. fin.* Ca-

 cheran.

cheran.*decis.105.n.10.* Chassan.*in catalog.glor. mund. part.consid. 17.* Goler.*de process.executiv.part.1.cap.5.n.41.* Pruckman. *Consil. 27. n. 106.volum.1.* Reinkingk *de retract.consanguin. quæst. 4. n. 89.* tum
83 quia in loco domicilii † lucrum faciunt, & ibi congerunt, & ibi non injuria loci dominis partem lucri solvunt, per superius tradita, *tot.tit ff.de public.& vectigal tot.tit.C.de vectigal.& commiss. & utrobiq; legista, c.un ubi feudista.quæ sint regal.* Bornit.*lib.5.de ærar. cap.10.* Döring.*in bibliothec.verb.ærarium n.155.* tum quia etiam
84 † cum bonis suis magistratus præsidio incolumes sunt, & proporrò, naturâ dictitante, magistratui suo talem remunerationem debent, Rom. *13.vers.6.* Oldrad. *Consil. 234.* Alciat. *respons. 163.n.13.* Bertrand.*Consil.133 n.3 part.1.volum.3.* Decian.*Cons 69.n.1. & seqq.volum 3.* Cothman.*Cons.11.n.59.& n.164. & seqq. ubi pluribus.vol.1 & Consil.3.n.287.volum.4.* de quibus tamen in sequenti capite pluribus, quæ omnia in aliis subditis, sub diversis Jurisdictionibus bona possidentibus minimè accomodari possunt:
85 ut proinde hoc simile, † non simile, sed maximè dissimile sit, Felin.*in c.capitulum.n.4.de rescript.* Lupus *in Rubr. de donat.int. vir. & uxor.§.86.n.4.* Aldobrand.*Inst.de Jur.person princ.n.39.* Vasq. *illustr.controvers.cap.21.n 32.* Borcholt.*de feud.cap.2.divis. 4. n. 6.* &
86 † claudicet, Lancel.Polit.*in tract.exempl.substit.n. 2.* Luther. *tom. Witteb.6.fol.509. §.* Daß wir aber nicht Zänckisch seyn. Reyhing *in Retract.art.11.§.1.pag.590.* Pruckman.*Consil.50.n.66.vol.1. & Cons. 20.n.61.& seqq.volum.2.*

87 Neq; deniq; quartum: Primò enim † multitudo errantium non parit errori patrociniũ, *c.quia in omnibus. extr. de usur.* juxta Hieronymum, Luther. *tom. Witteberg.4.fol.373. & tom.6. fol.419.* Chemnit.*in Exam.Concil.Trident.part 3 in solut. argum. pro Invocat.sanct.circa fin.* Ludov. Montaltus *de reprobat.sententia Pilati.art.3.n.40.* Beza *de Polygam.in princ.§ respondeo, nec multitudine.* Pfeil.*Cons.60.n.23.cent.1.* Harpprecht.*§.creditor.4.n.368. Inst.quib.*
88 *mod.re contrah.obligat.* Deinde non † qui dicant, sed quid,& quam rectè dicant perpendendum, *arg.l.sed licet.12. in fin.ff.de*
89 *offic præsid.* Tandem cum ea opinio, † quæ rectæ rationi innititur, *l.DEO auctore.1. §.sed neq;.6. Cod. de V. I. Enucl.* Decius *Cons. 259.num.1.* Gail. *lib. 2. Observ.153. num. 6.* & plures secta-

tores

tores habet, recipienda, utiq; hæc nostra apprehendenda erit, utpote quæ ambabus allegatis suffulci-tur fundamentis, Socin. *in l. qui Roma. §. coheredes. n. 19. ff. de Verb. Oblig.* Francisc. Marzar. *de fideicomm. part. 2. num. 11. vers. nihilominus.* Claud. Chiflet. *lib. 2. de fideicomm. cap. 1.* Socin. jun. *Cons. 185. n. 6. volum. 2. & Consil. 142. n. 11. volum. 3.* Cravet. *Consil. 19. num. 8. & Consil. 130. in fin.* Tiber. Decian. *Consil. 55. n. 1. volum. 3.* Roland. à Valle *Consil. 58. in princ. volum. 3.* Pruckman. *Cons. 1. num. 154. volum. 1.* Neq; verò hactenus deductis † obstat *l. cum neq;. 4. Cod. de incolis. lib. 10.* ubi dicitur, Non-originalem & non-incolam, ob solam domus vel possessionis causam, publici Juris autoritate, muneribus subjugari non posse: Illud enim rescriptum est de munere personali, quod solis injungitur subditis & civibus, & non forensibus, ut evincitur, *ex l. libertus. 17. §. sola ratio. 5. & §. sola domus. 13. ff. ad Municipal.* Bocer. *de collect. cap. 9. num. 7. in fin.* 90

Quid verò de forensibus fiet, & ubi hi collectabuntur, & munera obibunt? Et cum certum sit, non nisi illos † qui immediatè subditi sunt ad munera & collectas adstringendos esse, *l. rescripto. 6. §. fin. & ibi* gloss. *ff. de mun. & honor.* Jason *in l. placet. num. 5. Cod. de SS. Eccles. c. omnis anima. de censib.* Bald. *in l. un. n. 24. C. de mulierib. lib. 10.* Alexand. *Cons. 35. n. 4. & Cons. 68. n. 2. vol. 4.* Masuer. *de talliis n. 3.* Marsil. Patavin. *in defens. pacis. cap. 5. dist. 2. & cap. 15. dist. 1.* Schurf. *Cons. 44. n. 11. cent. 1.* Laur. Galcan. *Cons. 194. n. 10. vol. 4.* Surd. *Cons. 262. n. 28. vol. 2.* Adolph. Knoblauch *Cons. 44. n. 10. &* Arnold. à Glauburg. *Cos. 45. n. 14. vol. 4. inter Germanica* Tilem. de Benignis *in pract. Obs. 33. §. collecta quibus imponatur. & Syntagm. 2. decad. 1. vot. 5. n. 13. & 41. & Syntagm. 3. decad. 3. vot. 9. n. 28.* Gail. *lib. 2. Obs. 52. n. 12.* Addelas. *decis. 4. n. 10.* Gylman. *tom. 1. Symphor. part. 2. tit. 6. vot. 6. num. 14.* Cothman. *Cons. 3. n. 262. volum. 4.* forenses † verò subditi non sint, sequitur necessariò, quod ob bona alibi quam ubi habitant, sita, in loco domicilii conveniri & collectari non possint, *l. libertus. 17. §. sola. 5. ubi* Bart. *ff. ad Municipal. & in l. un. n. 28. C. de mulierib. lib. 10.* Gylman. *d. loc. num. 32.* tum quia 91 92

ratione

cheran.*decis.105.n.10.* Chassan.*in catalog.glor. mund. part.consid. 17.* Goler.*de process.executiv.part.1.cap.5.n.41.* Pruckman. *Consil. 27. n. 106.volum.1.* Reinkingk *de retract.consanguin. quaest. 4. n. 89.* tum
83 quia in loco domicilii † lucrum faciunt, & ibi congerunt, & ibi non injuria loci dominis partem lucri solvunt, per superius tradita, *tot.tit ff.de public.& vectigal tot.tit.C.de vectigal.& commiss. & utrobiq; legista, c.un ubi feudista. quae sint regal.* Bornit.*lib.5.de arar. cap.10.* Döring.*in bibliothec.verb.ærarium n. 155.* tum quia etiam
84 † cum bonis suis magistratus praesidio incolumes sunt, & proporrò, naturâ dictitante, magistratui suo talem remunerationem debent, Rom. *13.vers.6.* Oldrad. *Consil. 234.* Alciat. *respons. 163.n.13.* Bertrand.*Consil.133.n.3 part.1.volum.3.* Decian.*Cons 69.n.1. & seqq.volum.3.* Cothman.*Cons.11.n.59.& n.164. & seqq. ubi pluribus.vol.1 & Consil.3.n.287.volum.4.* de quibus tamen in sequenti capite pluribus, quae omnia in aliis subditis, sub diversis Jurisdictionibus bona possidentibus minimè accomodari possunt;
85 ut proinde hoc simile, † non simile, sed maximè dissimile sit, Felin.*in c.capitulum.n.4.de rescript.* Lupus *in Rubr. de donat.int. vir. & uxor.§.86.n.4.* Aldobrand.*Inst.de Jur.person princ.n.39.* Vasq. *illustr.controvers.cap.21.n.32.* Borcholt.*de feud.cap.2.divis. 4. n. 6.* &
86 † claudicet, Lancel.Polit.*in tract.exempl.substit.n. 1.* Luther. *tom. Witteb.6.fol.509. §.* Daß wir aber nicht zänckisch seyn. Reyhing *in Retract.art.11.§.1.pag.590.* Pruckman.*Consil.50.n.66.vol.1. & Cons. 20.n.61.& seqq.volum.2.*

87 Neq; deniq; quartum: Primò enim † multitudo errantium non parit errori patrociniũ, *c.quia in omnibus. extr. de usur.* juxta Hieronymum, Luther. *tom. Witteberg.4.fol.373. & tom.6. fol.419.* Chemnit.*in Exam.Concil.Trident.part 3 in solut. argum. pro Invocat.sanct.circa fin.* Ludov. Montaltus *de reprobat.sententia Pilati.art.3.n.40.* Beza *de Polygam.in princ.§ respondeo, nec multitudine.* Pfeil.*Cons.60.n.23 cent.1.* Harpprecht.*§.creditor.4.n.368. Inst.quib.*
88 *mod.re contrah.obligat.* Deinde non † qui dicant, sed quid, & quam rectè dicant perpendendum, *arg.l.sed licet.12. in fin.ff.de*
89 *offic praesid.* Tandem cum ea opinio, † quae rectae rationi innititur, *l.DEO auctore.1, §.sed neq;.6. Cod. de V. I. Enucl.* Decius *Cons. 259.num.1.* Gail. *lib. 2. Observ.153. num. 6.* & plures sectatores

tores habet, recipienda, utiq; hæc nostra apprehendenda erit, utpote quæ ambabus allegatis suffulcitur fundamentis, Socin. *in l. qui Roma. §. coheredes. n. 19. ff. de Verb. Oblig.* Francisc. Marzar. *de fideicomm. part. 2. num. 11. vers. nihilominus.* Claud. Chiflet. *lib. 2. de fideicomm. cap. 1.* Socin. jun. *Cons. 185. n. 6. volum. 2. & Consil. 142. n. 11. volum. 3.* Cravet. *Consil. 19. num. 8. & Consil. 130. in fin.* Tiber. Decian. *Consil. 55. n. 1. volum. 3.* Roland. à Valle *Consil. 58. in princ. volum. 3.* Pruckman. *Cons. 1. num. 154. volum. 1.* Neq; verò hactenus deductis † obstat *l. cum neq; 4. Cod. de incolis. lib. 10.* ubi dicitur, Non-originalem & non-incolam, ob solam domus vel possessionis causam, publici Juris autoritate, muneribus subjugari non posse. Illud enim rescriptum est de munere personali, quod solis injungitur subditis & civibus, & non forensibus, ut evincitur, *ex l. libertus. 17. §. sola ratio. 5. & § sola domus. 13. ff. ad Municipal.* Bocer. *de collect. cap. 9. num. 7. in fin.* 90

Quid verò de forensibus fiet, & ubi hi collectabuntur, & munera obibunt? Et cum certum sit, non nisi illos † qui immediatè subditi sunt ad munera & collectas adstringendos esse, *l. rescripto. 6. §. fin. & ibi* gloss. *ff. de mun. & honor.* Jason *in l. placet. num. 5. Cod. de SS. Eccles. c. omnis anima. de censib.* Bald. *in l. un. n. 24. C. de mulierib. lib. 10.* Alexand. *Cons. 35. n. 4. & Cons. 68. n. 2. vol. 4.* Masuer. *de talliis n. 3.* Marsil. Paravin. *in defens. pacis. cap. 5. dist. 2. & cap. 15. dist. 1.* Schurf. *Cons. 44. n. 11. cent 1.* Laur. Calcan. *Cons. 194. n. 10. vol. 4.* Surd. *Cons. 262. n. 28. vol. 2.* Adolph. Knoblauch *Cons. 44. n. 10. &* Arnold. à Glauburg. *Cos. 45. n. 14. vol. 4. inter Germanica* Tilem. de Benignis *in pract. Obs. 33. §. collecta quibus imponatur. & Syntagm. 2. decad. 1. vot. 5. n. 13. & 41. & Syntagm. 3. decad. 3. vot. 9. n. 28.* Gail. *lib. 2. Obs. 52. n. 12.* Addelas. *decis. 4. n. 10.* Gylman. *tom. 1. Symphor. part. 2. tit. 6. vot. 6. num. 14.* Cothman. *Cons. 3. n. 262. volum. 4.* forenses † verò subditi non sint, sequitur necessariò, quod ob bona alibi quam ubi habitant, sita, in loco domicilii conveniri & collectari non possint, *l. libertus. 17 §. sola. 5 ubi* Bart. *ff. ad Municipal. & in l. un. n. 28. C. de mulierib. lib. 10.* Gylman. *d. loc. num. 32.* tum quia 91 92

93 ratione † talium bonorum non sunt subditi loci habitationis, *d.l.libertus.17.§.sola.5.d.l.rescripto.6.§.fin.* Brunus *de statut. excl. famin.art.6.in primo.cas.col.3.in fin.vers.sed pro opinione.* Cravet. *Conf. 271.n.2.* Festas. *de astim.& collect.part.2.cap.3.n.5.& seqq.* tum quia
94 in locis ubi commoda † bonorum percipiunt, onerum participes esse debent, *l.secundum naturam.10.ff.de Reg.Jur.c.1.de sepultur.*
95 tum quia in illis locis ubi bona † habent pro extraneis non habentur, sed municipes reputantur, Bart.*tract.de repressal. quast. 4.quast.princip.5.* Salicet.*in l.1.C.de summ. Trinit.* Alexand.*Conf.34. col.1.vol.5 & Conf.120.in fin.volum.7.* Cravet.*Conf.585.n.27.* Cardi-
96 nal.Tuschus *pract.conclus.410.n.21.& seqq.lit. F.* adeòq; † oneribus & statutis, si præsertim ad habitandum aliquantisper in iis veniunt, ibidem subiiciuntur, Castrens. *Conf.456.volum 1.* Tuschus *d.loc.n.ult.* Verum enimverò, utcumq; varii variè & anxiè disputent, nos, insuperhabitis vanis logomachiis, distin-
97 guendum inter munera Imperialia & provincialia: † & illa non in territorio ubi prædia possidentur, sed ubi domicilium habetur, præstanda esse putamus, idq; ob hanc infallibilem rationem, quod non possessionum duntaxat immobilium, sed universi patrimonii onera sint, *d.l.rescripto.6.§.fin.ff. de mun. & honor.* Gœdd.*in l.munus.18.n.25.ff. de Verb. Signific.* R. A. de anno 1500.§. Daß ein jeder nicht mehr dann an dem Ort vnd End/ da er ist gesessen/ von allen den seinē es lige wo es wolle/ zu geben schuldig sey/ vnd das kein Stand den andern/ oder desselben Vnterthanen darwider tringe. R. A. de anno 1542. §. Dieweil aber etliche. & R. A. de anno 1544. §. Damit aber solche Ordnung. Mynsing. *cent.5.Obs.22.* Gail.*lib.2.Obs.52.n.13.& Obs.53 n.2* Dn.Bocer.*de Regalib.cap.3.n.233 & de collect.cap 9.n.11* Besold.*de arar. cap.5 Conf.1.*
98 *n.96.* Nisi tamen I. vel concessione & privilegio † principis domini collectantes, forenses, bona in suis territoriis possidentes, gravandi potestatem habeant, Gail. & Mynsing. *d.ctu locis*, Rosenthal *de feud. cap. 5. conclus. 82. n. ult. & ibidem lit g.* II. Vel
99 præscriptione † tale Jus acquisiverint, *c.super quibusdam. §.praterea.de Verb Signif.* Gail.*d loc.* Gylman.*d.loc.vot 4.n.18.* Sixtin.*lib.2. de Regal.cap.14.n 33.34.42.& seqq.* Bocer.*de collect.cap.9 n.10.vers potest*
100 *tamen princeps.* III. Vel Consuetudo † immemorialis domino collectanti forenses Jus tribuat, *l.munerum.18.§.praterea.25.ff. de mun.*

de mun. & honor. l. fine herede. 32. §. Lucius. 6. ff. de admin. & peric. tut. Bart. *in l. un n. 28. C. de mulierib. lib. 10.* Thomat. *de collect. §. expefuimus. n. 37.* Gylman. *tom. 1. Symphor. part. 2. tit. 6. vot. 4. n. 13. & 14.* Gail. & Mynfing. *dictis locis.* Sixtin *d. loc. n. 73.* Decian. *Conf. 55. num. 18. & seq. vol. 1.* Wef. *Conf. 27. n. 20. vol. 1.* Rofenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 82. num. 1. ubi lit. a.* Camerales in hanc fententiam in caufa Augſpurg contra Commiſſarium vnd Außſchuß gemeiner Neuburgiſchen Landſchafft inclinâſſe refert. IV. Vel † ftatuto & lege Municipali 101
cautum, ut ftatutum res ipfas afficiat, *l. fin. ff. de decret. ab ord. fac.* Bald. *in l. un. col. 6. & ibi* glofs. *C. de fent. qua pro eo quod intereſt.* Bocer. *de collect. cap. 9. n. 8.* V. Vel † occurrat neceffaria & publica 102
utilitas, *d. l. rescripto. 6. §. fin. l. munerum. 18. §. patrimoniorum. 21. & seq ff. de mun. & honor. l. forma. 4. § is vero. 2. ff. de cenfib.* tunc enim etia forenfes ratione fuarũ rerum & poffeffionũ tenentur, cum Juri naturali confentaneum fit, ut eum fequantur † incommoda & onera, quem fequuntur commoda, *l. fecundum naturam. 10. ff. de R. Jur l. nam natura. ff. de condict. indeb. l. 1 §. fin ff. de aq. pluv. arcend. l. ad inftructiones. 7. C de SS. Ecclef. l. manifeftiſſimè. 22 §. fed cum 3. in fin. C. de furt. c. 1 & c. de his. extr. de Eccles. ædificand. vel reparand.* Montaltus *de reprob. fentent. Pilati. art. 3. n. 5.* Decian. *d. loc. n. 4.* Bocer. *de collect. cap. 9 n 13. & feqq usq. ad finem.* VI. Vel bona † foren- 103
fium in cataftro territorii, five cenfuali libro & æftimo, im Saalbuch/confcripta & æftimata fint, Parif. *Conf. 25. n. 94. vol. 1.* Decius *Conf. 285. n 5.* Curt. jun. *Confil. 42. n. 4.* Feftaf. *de æftimo & collect. part. 2. cap. 3. n. 47.* Wefenbec. *Confil. 27. n. 12. volum. 1.* Mynfing. *d. loc. n. 7.* Gail *d. loc. n. 24.* Rulant *de commiſſar. part. 4. lib. 2 cap. 6. n. 20.* Sixtin. *d. loc. n 75.* non enim hi libri † mediocrem fidem con- 104
ciliant, Jafon *in l admonendi. n. 132. ff. de jurejur.* Menoch. *retinend. poſſ. remed. 3. n. 570.* Gylman. *tom. 1 Symphor part. 2. tit. 6. vot. 4. n 39.* Hæc verò, fi capitis, five perfonalia & mixta † fint, quæ utraq; 105
perfonis imponuntur, & hæc quidem ratione patrimonii, non præftant forenfes, fed fubditi tantum, *l. cum neq. 4. l. privilegio. 6. C de incolis. lib. 10 l. libertus. 17. §. fola. 5 & §. fola. 13. ff. ad Municipal. d. l. rescripto. 6. § fin ff. de Mun. & honor.* Gail. *lib. 2. Obf. 52. n. 13. & Obf. 53. in fin.* Petr. Frider *lib. 2. de mandat cap. 45. n. 8.* Anton. Faber. *in suo Codic lib. 9. tit. 29. defin. 2.* Adolph Knobiauch *Confil. 44. n. 4. 11. & 39. tom. 4.* Georg. à Breitenbach *Conf. 15. n. 11. & 31. tom. 5* German.

107 *Jur.Bocer.d.loc.n.9.* ne, cum honoribus & commodis † loci careant, oneribus contra Jus & fas graventur, *contra §.un.verf. quia plerumq; Inst.de legitim.patron.tut.l.secundum.10. & l.quoties ita. 73.ff.de R. Jur.l.un.§.pro secundo.4.in fin.C.de cad.tollend. c. qui sentit.*
108 *55.& c. rationi.77.de R.Jur.in 6.* Si verò sint patrimonialia † quæ possessionibus tantum indicuntur, omninò forenses ea sustinebunt, *l. un.verf.ult.C. de mulierib.lib.10.l.forma.4.§. is qui.2.ff.de censib.d.l.rescripto.6.§.fin.d.l.munerum. 18. §.patrimoniorum.21. & §. seq.ff.de mun.& hon.* Festas. *de æstim.& collectis.part.2. cap.3.num.15.* Mundan.*d.loc.n 8.* Bocer.*de collect.cap 9.n.9.in fin.* modò tamen,
109 † quod diximus, usus & necessitas provinciæ exigat, *l.omnes provinciarum.12.C.de operib.public.* vel talium munerum † imposi-
110 tio, propter ipsorum prædia in alieno territorio sita, ad forensium quoq; necessitatem vel utilitatem pertineant, utputa,
111 † si territorium defendendum, aut ingruentibus periculis obviandum, Corn. *Conf.72.n.62.volum.4.* Festas.*d.loc.part.5 cap. 1.n. 25.& seq* Petrus Gilken.*in Auth.quas actiones.cap.10.n.15. C. de SS. Eccles.* Rosenthal *de feud.cap.5.conclus.81.n.2.& seq.* Tiber.Decian *Conf.55.n.4.volum.1.* Gail.*lib.2.Obs.52.n.15.* Sixtin.*d.loc.n.74* Græven.*lib.2 conclus.52.num.15.* vel si domos in aliena civitate possi-
112 deant, † cujus mænia, omnium scilicet tutela, facienda, aut renovanda; vel reficienda, Bald.*Conf.312.volum.3.* Festas. *d. loc.part.*
113 *4.cap.1.n.36.& 37.* aut si agros in alieno territorio, † cujus viæ publicæ muniendæ, aut pontes instruendi, habeant, *l.sunt munera.11.ff.de vacat.& excus.mun.l.honor.14.§.viarum.2.ff.de mun.& honor.l.ad instructiones.7.C.de SS.Eccles.* Jason *Conf.109. n.3.* Bartol. *in l.omnes.col.2.verf.specialis.C.sine cens.vel reliqu.* Festas. *dict.l.part.*
114 *2.cap.4.n.41.51.& seqq.* commodum siquidem, † quod ad singulos & universos pertinet, exigit, ut & onus ad eosdem pariformiter spectet, *l.pupillus.239.§.munus publicum.3.ff.de Verb. Signif.c.qui sentit.55.de Reg.Jur.in 6.cum similib.* Festas.*d.loc.cap.3.n.4. & part.4.cap.1. n.37.* Bocer.*dict.loc.n.10.*

* * *

CAP. VI.

Caput VI.

De Materia Munerum & Onerum, & de quibus rebus præstentur.

Summaria.

1 *Contributiones sunt onera fructuum magis, quam proprietatis.n.394.*
2 *Possidens fructusq; suos faciens collectam (solvit.*
3 *Res omnes, ex quibus fructus percipitur, contributionibus subjacent.*
4 *Tam Corporales, quã Incorporales, Tam*
5 *Quam immobiles. n.16. (mobiles,*
6 *Eodem nexu & obligatione tributum pro rebus moventibus & immobilibus debetur.*
7 *Res Mobiles & Corporales sunt, Oves, boves, Equi, mulæ, anseres, opes, columbæ &c.*
8 *Dummodo fructus ex iis percipiantur, nec ad usum domus seponantur, sed lucri causa colligantur. n.10.*
9 *Quæ ad sui suorumq; sustentationem consumuntur aut deputantur, in contributionem non veniunt. n.177.*
11 *Ab aucupibus, venatoribus, piscatoribus negotiantibus aucupatorium, venatorium, piscatorium tributum exigitur.*
12 *Ab aliis, qui animalia alunt, aliud.*
13 *Animalia fundis juncta fructus fundorum reputantur.*
14 *Animalia oneribus quatuor siliquarum exemta, ab aliis etiam exemta sunt.*
15 *De similibus idem judicium. n. 17. 60. & 111.*
18 *Animalia, nisi exprimantur, appellatione mobilium non veniunt*
19 *Remota causa removetur effectus (debet*
20 *Lege tacente, in odiosis, extensio quoq; tacere*
21 *Debitum tributi & muneris patrimonii æquiparantur.*
22 *Mobilia & immobilia eadem obligatione in censum referuntur. n.301.*
23 *Servus & pecora æquiparantur.*
24 *In simili causa non possunt esse diversa judicia n 61.416.*
25 *Fiscus & Resp. æquiparantur. (tur.*
26 *Favore fisci etiã contra tertium procedi-*
27 *Animalia commoda ferunt, ergò & onera.*
28 *Et sub generali hypotheca & bonorum voce veniunt. n. 38.*
29 *Leges Cedicis ad certi facti species enatæ.*
30 *Quod in lege non cavetur, in praxi non habetur n.43.263.124.619 620.*
31 *Singularia non sunt admittenda.*
32 *Sed suis limitibus includenda.*
33 *Regula ad diversum & exceptum casum non potest extendi. (niunt n.37.*
34 *Patrimonii nomine etiam animalia ve-*
35 *Patrimonium, ut genus, omnes species complectitur.*
36 *Munera pro immobilibus & mobilibus eodem nexu debentur.*
39 *Mercimonia Jure Gent. sunt libera, & cur.*
40 *Mercatores necessarii sunt civitatibus.*
41 *Nec mundus sine iis vivere potest.*
42 *Erubescimus sine lege loqui.*
44 *Nulla lege dispositum de mercibus onera esse ferenda.*
45 *Merces mercatorum, præ aliis rebus periculis exposita, & proinde oneribus non gravanda.*
46 *Æstima quotidie renovare impossibile.*
47 *Duplici onere nemo gravandus, n 90. & 140.269.*
48 *Divitiæ non exponendæ invidiæ, nec vilitas patrimonii detegenda.*
49 *Exinde rectè prohibet pater confectionem Inventarii.*
50 *Æstima fiunt ut æqualiter distributio onerum fiat.*

51 Di-

113 Pactum

235 *A laicis possideri non possunt.*
236 *Immemoriali tamen tempore possessa, per laicos rectè possidentur.*
237 *Possessio talis vim specialis concessionis habet.*
238 *Et privilegii expressè ex certa scientia concessi.*
239 *Decima instar patrimonii sunt.*
240 *Venduntur, locantur, permutantur, in dotem dantur, obligantur.* n. 242.
241 *In commercio habentur.*
242 *Quamvis hoc novitiolis sit ignotum.*
243 *Ganerbatus director collectas solvit.*
244 *Ganerbii sunt Nobiles à* Schaumberg in Dunderff *&* Ravenstein.
245 *Pappenheim in Baronatu Pappenheim.*
246 Eglofsstein in *Cunreut* vnd Mühlhausen.
247 Vetzen von Salzburg in Salzburg.
248 *Nobiles à* Thüngen in Reissenberg *&* Thüngen.
249 *Nobiles à* Streitberg in Sachsgrün.
250 *Proverb.* Man pflegt sich gemeiniglich an die Thorseulen zuhalten.
251 *A consortibus, qui exposuit, repetit, vel retinet pro quota.*
252 *Prædiorum possessores onera sustinent.*
253 *Et qui ex secundo decreto possessionem habent.*
254 *Autore prætore possidens justè possidet.*
255 *Vasallus similis est usufructuario.*
256 *Usufructuarius omnia onera ferre cogitur.*
257 *Similia pro veritate habentur.*
258 *In similibus ad similia procedimus.*
259 *Privilegiati etiam, tempore belli, ad onera tenentur.* n. 260.
261 *Contributiones earumq; impositio sunt vera Symbola Superioritatis.*
262 *Et Superioritatem radicatam important.*
264 *In dubio contra contributiones pronunciandum.*
265 *Libertati plus quam pupillo vel Reipubl. favendum.*
266 *Vasalligium subjectionem non operatur.*
267 *Nisi & vasalli simul & subditi sunt.*
268 *Vasallus servitia personalia pro feudo præstat, ad collectas verò non cogitur.*
269 *Duplici onere nemo gravandus* n. 285.
Immunitas ex causa onerosa data nullo tempore collectas admittit.
270 *Principibus enim collectarum ex Cameris præstandum remissum.* n. 271. 279.
Et consequenter etiam vasallis.
272 *Feuda plerumq; oneroso titulo acquiruntur.* n. 284.
273 *Privilegio speciali immunes ab onere collectarum immunes esse debent.*
274 *Novella Constitutiones interpretanda ne Juri communi derogent.*
275 *Imperialia rescripta non sunt in dubium vocanda.*
276 *Determinatio servitiorum alia onera non admittit.*
277 *Immunitas vasallorum recenti præjudicio firmatur.*
278 *Argumentum ab usufructuario ad vasallum quando procedat.*
279 *Differentia vasalli & usufructuarii.*
280 *Nobiles bona rusticorum & allodialia acquirentes onera annexa etiam ferre coguntur.* n. 283.
281 *Nec non etiam Ecclesia emtrix.*
282 *Qui vult antecedens consequens velit necesse est.*
286 *Extrema necessitatis casus semper exceptus.*
287 *Specialiter cautum in consequentiam non est trahendum.*
288 *Casum certum resolvens, de aliis aliter sensisse videtur.*

289 *Exceptio confirmat regulam in casibus exceptis.*
290 *Reservatio tantum Jus reservantis reservat.*
291 *Reservabile non reperiens nihil operatur.*
293 *Nil nisi æquum principi placere potest.*
294 *Nulla potestas contra rectam rationem aliquid licitè attentat.*
295 *Opinio communis, legibus & rationibus suffulta, sequenda.*
296 *Judex secus faciens imperitus præsumitur.*
297 *Necessitas nullam immunitatem admittit.*
298 *Duplici onere aliquando quis obligatur, ex diversis præsertim causis.*
299 *Necessitas omnes leges & privilegia tollit.*
300 *Et illicitum facit licitum.*
302 *Argumentum à contrario sensu fortissimum.*
303 *Munera magis fructuum quam proprietatis onera sunt. n. 326.*
304 *Pecunia otiosa exemta contributionibus.*
305 *Commodum enim non adfert, nec proinde incommodum sustinet.*
306 *Nomina item incerta, si actio propter ea in personam instituatur.*
308 *Nomina quæ nec exigi, nec sperari possunt, pro rebus sterilibus habentur.*
309 *Talia habens non solvendo creditur.*
310 *Ornamenta etiam aurea & argentea.*
311 *Cato tamen talia & alia in censum retulit. & cur.*
312 *Quia nec hæc fructum ferunt.*
313 *Salaria quoq; Officialium.*
314 *Consiliarii & Officiales regulariter immunes sunt ab extraordinariis.*
315 *Salaria sunt instar alimentorum, & fructum non ferunt.*
316 *Salaria nec detrahenda, nec decurtanda.*
317 *Si tamen iidem lucra quærantur, onera quoq; sustinent.*
318 *Loca item sterilia.*
319 *Sterilia & opima simul censenda. n. 333. 337.*
320 *Dominium dat causam obligationis.*
321 *Damnum causans id patienter feret.*
322 *Fortunarum modus non usus fructus in collectis inspicitur.*
323 *Prædia pro collectis tacitè sunt obligata. n. 344.*
324 *Generalia generaliter sunt intelligenda.*
325 *Licet in uno casu major sit ratio, quam altero.*
327 *Sterilitas, quasi paupertas, collectas excludit.*
328 *Possidens fructusq; percipiens annonas solvit.*
329 *Nihil habens nihil dat. n. 310.*
330 *Munera imponuntur rebus respectu rerum.*
331 *Ad fructus tamen potius, quam rei valorem respiciendum. n. 343. 345.*
332 *Prædio chasmate pereunte relevatio facienda.*
334 *Alteri per alterum iniqua conditio non inferenda.*
335 *Imperator non sustinet aliorum onus ad alios devolvi.*
336 *Res quævis cum sua causa & onere transit n. 375. 469. & seqq. 421.*
337 *Fertilia prædia habens sterilia quoq; supportat.*
338 *Ubi commodum ibi onus. n. 373.*
339 *Incivile est, lege non perspecta, de lege judicare.*
340 *Pauperes facti non tantum solvunt, ac si adhuc divites essent.*
341 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, non sentit.*
342 *Factum cuiq; suum, non alii nocet.*

346 *Defe-*

346 *Deserens ob collectas prædia occupanti relinquit.*
347 *Quod fertur à pluribus levius fertur onus.n.499.*
348 *Citandus tamen est deserens, & , ni intra biennium compareat, amittit possessionem.*
349 *Nomina item & actiones rebus immobilibus inhærentia,*
350 *Pauperes nihil contribuunt. n.352.357.*
351 *Pauperes sunt , qui non habent, unde vivant.*
353 *Unusquisq; contribuere debet , quantum fert modus sua possessionis.*
355 *Omne accidens in subjecto sit necesse est.*
356 *Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit*
357 *Pauperes nec latrones, nec mures, nec fures timent.*
358 *Valerii Messala opulenta paupertas.*
359 *Paupertas culpa obveniens non sublevat.*
360 *Nec privilegium aut immunitatem meretur.*
361 *Omnium reprehensionem incurrit.*
362 *Reip. interest locupletes habere subditos.*
363 *Principi plus debet esse subditorum opulentia, quam reditus.*
364 *Pauperes emergentes vicissim contribuunt.*
365 *Item si artificium sciunt , eoq; lucrantur.*
366 *Divites arbitrio judicis æstimamus.*
367 *Clerici immunes sunt à personalibus oneribus.*
368 *Et sordidis ac extraordinariis.*
369 *Non vero ordinariis.*
370 *Aut quæ ex lege fiunt, ut sunt patrimoniatia*
371 *Sive bona antea possederint.*
372 *Sive postea acquisiverint.*
374 *Imperator de acquisitu prædiis onera præstat.*
375 *Onus rem sequitur.*
376 *Autores & Doctoris supprimens furi æquatur.*
377 *Clerici à modernis contributionibus sunt immunes.*
378 *Jure enim divino privilegati.*
Fallit, n.452.
Et Canonico & civili.
379 *Laici à clericis talia petentes excommunicantur.*
380 *Clerici ex charitate, non coactione contribuunt*
381 *Idq; humiliter & cum gratiis accipiendum*
382 *Collecta non nisi subditis imponuntur.*
383 *Clerici à Jurisdictione Politica eximuntur*
384 *Si non Jure divino.*
385 *Tamen humano.*
386 *Imperator exemtioni clericorum derogare non potest.*
387 *Statuta in præjudicium Ecclesiæ non valent*
388 *Bona Ecclesiæ spirituali usui sunt dedicata.*
389 *Nec commoda seculari servire debent.*
390 *Deo semel dicatum ad usus humanos revocari non potest.*
391 *Miles seculi militet seculo , miles Christi, Christo.*
394 *Collectas solvunt qui fructus percipiunt.*
395 *Secularia ad clericos non spectant.*
396 *Quamdiu laicorum sufficiunt, clericorum bona non sunt molestanda.*
397 *Ecclesiæ favor præfertur Reipublicæ.*
398 *Consensus Pontificis ad collectas clericis imponendas necessarius.*
399 *Requiritur tamen ad eas citatio, deliberatio & distributio ab ipsis facienda*
400 *Consensus pro forma est, & si deest, collecta nec imponi nec exigi possunt.*
401 *Clerici Jure communi privilegium immunitatis habent.*

402 *Privilegia Jure communi concessa, etiam tempore belli obtinent.*

403 *Lex est dogma prudentum, & semper loquitur.*

404 *Et ubi tacet, nos tacemus.*

405 *Tempore necessitatis & utilitatis omnes homines ad collectas tenentur. n. 410.*

406 *Omnia bona, pro patria, principi obligata sunt.*

407 *Clerici ratione temporalium magistratibus subjecti sunt. n. 409.*

408 *Omnis anima potestas subdita est potestatibus.*

411 *Jus Canonicum clericos ad contributiones compellit.*

412 *Clerici tempore necessitatis, contra expressas bullas ad patrimonialia & personalia onera tenentur.*

413 *Custodiam nim. civitatis & arma.*

414 *Argumentum à majore ad minus procedit.*

415 *Commoda ubi paria, ibi paria incommoda.*

416 *Paribus causis paria sunt judicia n. 469.*

417 *Christus collectis se subjecit, easq; solvit.*

418 *Cæsari danda quæ sunt Cæsaris.*

419 *Tributum cui tributum, honorem cui honor.*

420 *Omnis Christi actio nostra institutio.*

422 *Omnia prædia pro collectis sunt obligata. n. 424.*

423 *Collectæ sunt onera informata.*

425 *Necessitas non habet legem.*

426 *Privilegia sunt species legis, & tempore necessitatis silent.*

427 *Tempori sæpe, necessitati semper cedendũ.*

428 *Necessitatis tempore pia causa omittitur.*

429 *Ecclesia tributum solvit*

430 *Clerici ad ea, quæ propter bellum exiguntur, tenentur.*

431 *Et omnia communia fiunt.*

432 *David panes propositionis comedit tempore necessitatis.*

433 *Et discipuli Christi sabbato spicas.*

434 *Asa aurum sustulit.*

435 *Et Imperator apprehendit licitè res Ecclesiæ.*

436 *Aurum Ecclesia habet non ut servet, sed ut eroget. n. 479.*

437 *Necessitatis tempore impunè Ecclesiæ destruuntur.*

438 *Contributiones sine respectu personæ pro viribus patrimonii indicendæ.*

439 *Et secundum reditus exigendæ*

440 *A statis collectis nec Pontifex, nec Ecclesia immunis.*

441 *Consuetudo Imperii & clericis & laicis pariformiter onera imponit. n. 444.*

442 *Consuetudo lex est & parem cum lege potestatem habet.*

443 *Pontifex in decisione causarum consuetudinem sequitur*

445 *Clerici omnia in saccum suum pertracta cupiunt.*

446 *Et cælum & orbem, si possent, vectigalia facerent.* Cc: itz.

447 *Avaritia clericorum propria.* Pfaffens

448 *Vetitum Venetiis & in Gallia, ne clerici laicorum bona occupent*

449 *Eoq; non tam clericorum imminuta libertas, quam laicorum limitata potestas.*

450 *Clerici immunes sunt, nisi circumstantiæ exceptionem suadeant*

451 *In toto Jure generi per speciem derogatur.*

453 *Leges novissimæ derogant prioribus.*

454 *Utilitatis & necessitatis casus semper est exceptus.*

455 *Necessitas alia ordinaria, alia extraordinaria.*

456 *Ordinaria necessitas* Reichsnoth/*quæ.*

457 *Extraordinaria quæ.*

458 *Ab hac clerici non sunt immunes.*

459 *Ab illa verò sunt*

460 *Clerici sunt Statibus subditi.*

461 *Leo ubi pedem figit quiescunt animalia cætera.*

462 *Clerici in actionibus realibus in foro civili rectè conveniuntur.*

463 *Res*

463 *Res, non persona, in judicium trahitur.*
464 *In necessitatibus nemo liberalis.*
465 *Necessitatis quæ sunt, liberæ voluntatis non sunt.*
466 *Solventi, quod debet, nullæ debentur gratiæ.*
467 *Pro ratione possessionum quoq; clerici tenentur.*
468 *Parium eadem est dispositio.*
469 *Prædia cum sua causa.*
470 *Conditione.*
471 *Qualitate.*
472 *Oneribus & vitiis transeunt.*
473 *Necessitatis tempore omnes solvere coguntur.*
474 *Distinguendum inter res Ecclesiæ consecratas & non consecratas.*
475 *Tituli quid sint.*
476 *Alimenta negans necat.*
477 *Res Ecclesiæ non consecratæ contribuunt.*
478 *Et impunè alienantur.*
480 *Episcopi gloria est pauperum inopiæ providere.*
481 *In patria commodum omnes naturaliter & civiliter obligantur.*
482 *Ecclesia non vult esse mater injustitiæ.*
483 *Clerici nudo victu & amictu contenti esse debent.*
484 *Ultera ea retinentes, & in pias causas non erogantes, peccant.*
485 *Clerici non in hoc, sed futuro seculo thesaurum debent colligere.*
486 *Se subtrahens oneribus, alios gravat, & mortaliter peccat.*
487 *Damnum Josephi curare debent clerici.*
488 *Væ contristantibus pupillos & viduas.*
489 *Ecclesia est in Republica.*
490 *Republicâ salvâ salva est Ecclesia.*
491 *Commodum ubi ibi incommodum.*
492 *Bellum geritur ut pax quæratur.*
493 *Justinianus legislatorum Alpha.*
494 *Communis causa communis præstatio & pietas.*
495 *Angustia clericos stringunt.*
496 *Explicatur c. adversus. 7. de immun. Eccles.*
497 *Non Pontificis sed Imperatoris & Statuum consensus in rebus Imperii necessarius.*
498 *Æqualitas inter omnes servanda.*
500 *Mora periculum multa concedit.*
501 *Necessitas sine consensu permittit, quæ aliàs consensum requirerent.*
502 *Necessitas non habet legem.*
503 *Privilegia transilit. n. 577.*
504 *Lex non operatur ultra, quam vult & potest.*
505 *Nobiles sunt immunes à collectis & oneribus omnibus. n. 507.*
506 *Honorem sustinenti onus imponi non potest.*
508 *Nobiles militibus æquiparantur.*
509 *Senatores quoq; immunes sunt, & judices ac officiales. n. 511.*
510 *Nobiles plerumq; merum & mixtum habent imperium.*
512 *Nobilitatem generis disputans stercoris nobilitatem disputat.*
513 *Divitiæ nobilitatem multum juvant.*
514 *Rustici & novi homines opibus & dignitatibus arguuntur tantum, non ornantur.*
515 *Dominulus* ein Jüncker lein.
516 *Nobiles domestici provinciæ legibus parere jubentur.*
517 *Nobiles immediati nullius oneribus gravantur.*
518 *Non Imperialibus, & cur.*
519 *Nec provincialibus, & cur. n. 522.*
520 *Servitia ob feuda præstantur.*
521 *Vasalligium non operatur subjectionem.*
523 *Nisi aliter inter dominum & vasallum conventum.*
Bocerus leniter taxatur.

524 *Lex*

579 Lex

697 Neces-

697 *Necessitas & utilitas semper excepta. n. 700. 702.*
698 *Necessitas omnes leges & privilegia turbat n. 701.*
699 *Privilegia generalia exigui sunt momenti.*
703 *Potestas & voluntas ad omnem actum requiruntur.*
704 *A posse ad esse non valet consequentia.*
705 *Quæ jus tertii lædunt, nec vult*
706 *Nec potest princeps.*
707 *Privilegia in damnum alterius vergentia strictè accipienda.*
708 *Nisi ob merita in Remp. redundantia concessa.*
709 *Ad à[illegible] naturale sumus obligati.*
711 *Argumentum ab insufficienti partium enumeratione vitiosum.*
712 *Nemo alterius causa gravandus.*
714 *Privilegia sibi oneroso, Reip. utili titulo habens semper & ubiq; valent.*
715 *Etiam apud heredes.*
716 *Nec revocari possunt.*

SCripsimus supra, Munera † & contributiones esse fructui 1
onera magis, quam proprietatis, & rectè, *l. si negotium. 16. C*
de negot. gest. l. omnes. 3. C. sine cens. vel reliqu. Jason & alii *in l. apud*
Julianum §. heres. ff. de leg. 1. Alexand. *in l. rescripto. §. fin. ff. de mun. &*
& honor. Cravet. *Cons. 217. n. 5.* Nevizan. *Cons. 74. n. 11.* Menoch. *Cons.*
9. n. 12. volum. 1. Mynsing. *respons. 1 n. 30. decad. 15.* Wesenbec. *Cons.*
103. n. 22. volum. 3. Besold. *Cons. 234. num. 17 in fin. volum. 5.* æquum
enim est † ut possidens fructusq; suos faciens, collectam solvat 2
& munera præstet, *l. si pendentes. 27. §. si quid. 3. ff. de usufr. l. sine 32.*
§. Lucius. 6. ff. de admin tut. l. neq; stipendium. 13. ff. de impens. in res dot.
fact. de anno 1594. §. Demnach dann. Bald. *in l. ad instructiones. n.*
3. C. de SS. Eccles. Bellon. *Cons. 12. n. 6.* Dec. *Cons. 156. num 3.* Roman.
Cons. 73. n. 5. Cacheran. *decis. 83 n. 4.* Cravet. *Cons. 497. n. 5.* Franciscus
Lucan. *de fisco & ejus privil. part. 3. §. 1. num. 13.* Tileman. de Benignis
Syntagm. 3. decad. 5. vot. 9. n. 8. Sixtin. *lib. 2. de Regalib. cap. 14. n. 76. &*
seqq. & num. 146. & seqq. Res igitur omnes, † ex quibus fructus 3
quæstusq; percipitur, tam Corporales quam incorporales, † 4
tam mobiles, *l. forma. 4. §. in servis. 1. ff. de censib. l. censualis. 7. C. de do-*
nat. R. A. de anno 1542. §. Doch sollen. Diaz. de Mena *pract. quæst.*
21. n. 6. Menoch. *Cons. 9. n 15. & seq. volum. 1.* Cothman. *Cons. 11. num.*
165. volum. 1. quam † immobiles contributionibus & muneri- 5
bus subjacent, earumq; sunt Materia, *d. l. neq; stipendium. 13. ff. de*
impens. in res dotal. fact. l. usufructu. 7. §. quoniam. 2. vers. quonsam &
aliam. & l. si pendentes. 27. §. si quid. 3. ff. de usufruct. d. l. sine herede. 32. §.
Lucius. 6. ff. de admin. & peric. tutor. l. ult. C. sine cens. vel reliqu. fund.

compar. non poss. l. fructus. 13. C. de act. emt. & vend. l. as quidem. 2. in fin. & l. seq. C. de annon. & tribut. lib. 10. l. per Bithyniam. 2. Cod. de immun. nem conced. lib. 10. Bartol. *in l. un. num. 31. C. de mulierib. & in quo loc.* Parpal. *in l. placet. n. 91. vers. nunc restat videre.* Thomat. §. *exactis, num. 6. &* §. *vendentes. n. 6.* Festas. *de aestim. & collectis part. 1. cap. 1. n. 13.* Mandell. *Cons. 40. num. 1. 2. & 4.* Collegium Lipsiense inter Consilia Modestini Pistoris *Consil. 21. num. 27. lib. 2.* Sixtin.
6 *lib. 2. de Regal. cap. 14. num. 138.* eodem enim † nexu, & eadem obligatione, tributum & pro rebus se moventibus & pro immobilibus debetur, *l. generali. 32. §. fin. ff. de usufr. legat. l. forma. 4. §. si cum ego. 4. & §. seq. ff. de censib.* Thomat.. *d. loc.* §. *vendentes. num. 7.* Bertrand. *Cons. 115. num. 1. part. 1. volum. 3.* Döring. *in bibliothec. verb. ararium. num. 115.*

7 Res mobiles & corporales dixi: † quales sunt oves, boves, equi, mulae, juvencae, caprae, sues, anseres, gallinae, anates, pavones, columbae, apes, *l. per Bithyniam. 2. C. de immun. nem. conced. lib. 10.* Cravet. *Cons. 775. n. 1.* quorum illa natura mansueta & domestica, haec cicurata sunt animalia, & utraq; nostris inserviunt commodis, & proinde etiam oneribus sunt subje-
8 cta, dummodò † reditus ex ipsis percipiantur, nec fructus ad usum domus & familiae impendantur aut reserventur, sed lucri quaestusq; causa colligantur & seponantur, *arg. l. usurae. 34. ff. de usur.* Afflict. *decis. 95. num. 4.* Curt. jun. *Cons. 42. num. 1.* Paris. *Consil. 52. num. 3. lib. 1.* & vendendi causa in civitatem importentur, Ferrett. *de gabell. num. 45. & 555.* Döring. *d. loci*
9 *verb. ararium. num. 103.* quae namq; ad necessariam † sui suorumq; sustentationem consumuntur aut deputantur, *l. non omne. 5 in princ. ff. de penu leg.* in contributionem non veniunt, *l. Pomponius. 8. §. fin. in fin. ff. famil. hercisc. l. Seja. 20. §. Pamphilae. 6. ff. de fund. instruct. vel instrum. leg. l. quod si. 3. in fin. ff.*
10 *de in rem vers.* secus verò si separatim † reditus ex iis percipiantur, Petrus Gregor. *lib. 3. de Republ. cap. 4. num. 3.* Besold. *de aerario. cap. 4. vers. 14. in princ.* Doring. *d. loc. num. 103. & num. 144.* tunc enim, ad similitudinem praediorum, secundum ipsorum
11 naturam evenire solet, & sicut † ab aucupibus, venatoribus & piscatoribus negotiantibus, *l. venationem. 26. ff. de usur.* Rebuff. *de decimis. quaest. 8. n. 17.* aucupatorium, venatorium & piscatorium tribu-

tributum & munus, *l. item si. 9 §. & si opes. 2. ff. de usufr. l. si reditus. 10. & l. eadem ratio. 11. ff. de instr. & instrum. leg. l. forma. 4. §. lacus quoq; piscatorios. 6. ff. de censib.* Thomat. *in terminis d. loc. §. exposuimus. n. 14. & seq.* Rovenstrunck *in Cons. de contrib. n. 35.* Ita quoq; ab his lucro deputatis † animalibus, certum quid quotannis, vel quoties necessitas postulat, recipitur, modò tamen eundi & revertendi consuetudinem habeant, *l. Pomponius. 8. §. Pomponius. 1. ff. famil. hercisc. l. naturalem. 5. §. pavonem. 5. & seq. ff. de acquir. rer. dom. l. 3. §. quidam rectè. 16. ff. de acquir. vel amit. possess.* Harpprecht. *§. apium. 13. & seqq. num. 7. & seqq. Inst. de rer. divis.* quemadmodum & si fundi & prædia ex his rebus reditus habent, † agro iidem conjunguntur, & fructus agri absq; dubio reputantur, *l. quæsitum. 12. §. si in agro. 12. ff. de instruct. & instrum. leg. l. arbor. 19. §. fin. ff. comm. divid. l. fin. §. pen. ff. quæ in fraud. credit.* Thomat. *d. loc. §. vendentes. n. 10.* 12 13

Rationes quidem dubitandi movet Thomatus dicto loco sequentes, quod cum primò animalia † ab onere descriptionis quatuor siliquarum patrimoniali excipiantur, etiam ab aliis muneribus publicis excepta dicenda sint, *l. un. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10.* utpote in similibus † eodem judicio locum habente, *l. si quis. 6. §. fin. ff. de edend. l. absentem. 5. ff. de pœnis. l. ult. Cod. de inoffic. donat. l. ult. Cod. de inoffic. testam. c. cum dilecta. 4. de confirm. utili vel inutil.* Bald. *in l. humanitatis. 9. num. 14. C. de impub. substit.* Borcholt *de feud. cap. 7. Rubr. de success. n. 32.* Colleg. Altorphin. *Cons. 31. post princ.* Colleg. Marpurg. *Cons. 28. n. 196. volum. 1. Consil. 26. num. 18. & seq. & Consil. 27. num. 56. volum. 2. & Cons. 29. num. 227. volum. 3.* Deinde quod licet patrimonium † mobilia, *l. navicularii. 5. ff. de mun. & honor.* & immobilia † contineat, *l. rescripto. 6. in fin. ff. eod.* quæ proinde pares patrimonii partes p[illegible]formiter contributionibus subjicienda, *l. quod autem. 5. §. si servum. 5. ff. quæ in fraud. credit.* animalia tamen, † nisi exprimantur, appellatione mobilium non veniant, *l. moventium. 93. ubi Dd. ff. de Verb. Signific.* nec etiam onere patrimoniali afficienda sint, cum à quo causa, † ab eo etiam causatum removeatur, *l. manumissiones. 5. ff. de ? & ? ur. l. qui accidit. 30. §. fin. ff. ad L. Aquil.* tum quod munera patrimonialia possessionibus & ædificiis 14 15 16 17 18 19

 sal-

saltem imponantur, *d.l.rescripto.6.§.fin.* nulla verò animalium
20 & mobilium mentio fiat, unde & legis dispositione † cessante,
in materia maximè odiosa, extensio quoq; cessare debet, *l.si ser-
vum.71.§.non dixit prætor.5.ff.de acquir.hered.l.dissentientes 5.C.de re-
pud.* Roland.à Valle *Cons.30.n.24.volum.4.* Tiraquell. *cessant.caus.
limit.1.n.78.* Wesenbec.*Cons.231.n.21.volum 5.* Gylman.*tom.1.Sym-
phor.part.2.tit.17.vot.6.n.10.* Bruckman.*Cons.6.n.83.volum.1.* Sed
cæ tanti non sunt, ut modò dicta, & sequentes decidendi ratio-
21 nes vincant. Primò enim certum est, quod debitum † tributi
& muneris patrimonii æquiparentur, *l.quæro.28.ff.de usu & usu-
fruct.leg.* Salicet.*in l.vectigalia.C.nov.vectig.instit.non poss.* & quod
22 eadem † obligatione mobilia & immobilia in censum publi-
cum referantur, *d.l.generali.32.§.fin.ff.de usu & usufr.leg. d.l.formula.
4.§.si cum ego.4.ff.de censib.* qui posterior textus cum de servo lo-
23 quatur, & servus † & pecora æquiparentur, *l.quæsitum.12.§.si ali-
qua.8.ff.de instr.& instrum.leg.* utiq; quod in servo, etiam in ani-
24 malibus dicendum erit, cum in simili † causa diversa non pos-
sint esse judicia, *l.neq; 10.l.neq; possunt.12.cum l.seq.ff.de LL. l.illud
quæsitum.32.ff ad L.Aquil l.un.ff.de font.l.si postulaverit.27.§.jubet.12.
ff.ad L.Jul.de adult.* Nos *Cons.1.n.128.volum.1.* secundò omnia bo-
na tam se moventia, quam immobilia pro publicis collationi-
25 bus tacitè sunt hypothecata, & quia † fiscus & Respublica
æquiparantur, *l.pen.C.de Jur.Reipubl.lib.11.* Thomat. *de collect.§.
26 vendentes.n.8.* favore fisci & † excusso principali, etiam contra
tertium possessorem, & fidejussorem quoq;, agitur, Jason *in l.
si constante.24.ff.sol.matrim.* non solùm in immobilia, sed etiam
bona moventia *l.fin.ff.de requir. reis.* maximè si publica necessi-
tas aut utilitas rei æquiparatæ urgeat, *l.non solùm.9.§.qui primum
27 pilum.5.ff.de excusat.tut.* Tertiò animalia † ista propriè & uni-
versali patrimonii nomine possidentur, *l.qui habebat.10 [illegible] de le-
gat.3.* & domino suo commoda ferunt, qui proinde etiam one-
ra eorum gratia ferre debet, cum ubi commodum, ibi & onus,
l.secundum naturam.ff.de Reg.Jur.c.qui sentit.eod.in 6. quod præser-
tim in ferendis oneribus publicis attendi debet, Acad. Lips.
Cons.36.n.24.25.& 39.Varior.JCtor.volum.1. Goedd. *Cons. Marp.16.
28 n.306.volum.4.* Deniq; non solùm animalia † ista sub generali
omnium bonorum hypotheca, sed etiam sub voce bonorum,
quæ

quæ omnia proficua bona fide possessa complectitur, comprehenduntur, *l. bonorum 49 ff. de V. Signif.* sic ut domini & possessores eorundem, quo uniformis sit determinatio, *l. eum qui ædes 23. ff. de usurp. & usucap.* pro ipsis, ut pro possessionibus, munera patrimonialia subire & præstare teneantur, Thomat. *d. loc. n. 8. vers. quinto facit.*

Non obstant, quæ in contrarium adferebantur: In primo enim allegata lex ad certam facti speciem, oneris nimirum quatuor siliquarum descriptionis exceptionem super curiali hereditate est enata, & proinde, ut omnes † leges Codicis, non ulterius, quam in ea propositũ, extendenda, Decius *in l. emancipata n. 19. C. qui admitt.* Hartm. Pistor *lib. 1. quæst 30. n. 23.* Valent. Guielm. Forster. *lib. 2. Obs. successiv. cap. 24.* Nos *de diffamat. cap. 4. n. 24.* maximè cum, quod in lege † non cavetur, in praxi non habeatur, *arg. l. si verò. 64. §. de viro. 9. ff. solut. matrim. l si servum. 71. §. non dixit prætor. 5. ff. de acquir. hered.* Pruckman. *Cons. 20. n. 57. vol. 1.* Mager. *de Advoc. Armat. cap. 6. n 386.* neq; singularia † quæ jure improbantur, admittenda, *l. frustra. 1. C. de dotis promiss.* Wesenb. *Cons. 72. n 9 vol. 2.* sed suis finibus † limitatis includenda, *l jus singulare. 16. ff. de Legib.* Et sanè ridiculum esset, ad diversum & exceptum casum † regulam generalem extendere, & super munere patrimoniali, à quo nec ipse Imperator immunitatem concedere potest, exceptionem extorquere velle, *l. nam quod liquida. 4. ff de penu legat.* Thomat. *d. loc. §. vendentes n. 7.* In secundo, animalia † sub nomine patrimonii veniunt, licet appellatione mobilium non contineantur. Patrimonium † autem, ut genus, sub se complectitur omnes species, *l. si duo. 51. in fin. ff. de admin. & peric. tut. l. si chorus. 79 in princ. ff. de leg. 3. l. Gallus. 29 ff de liber. & posthum. l. quæsitum. §. fin. ff. de instruct. & instrum. leg.* Gratus *Cons. 9. n. 240. volum. 1.* Riminald. jun. *Cons. 834. n 17. vol. 7.* Tessaur. *decis. 46. n. 6.* Vincent. de Franchis *decis. Neapol. 6. num. 7.* Roland. à Valle *Cons. 55. n. 39. & seqq. volum. 3.* Menoch. *Cons. 216. n. 28. vol. 3. & Cons. 724. n. 3. volum. 8.* & eadem † obligatione, & nexu eodem munera pro rebus immobilibus & se moventibus debentur, *l. generalis. 32. §. fin ff. de usufr. leg l. forma. 4. §. si cum ego. 4. & §. seq. ff. de censib.* Thomat. *d. loc. n. 7. & 8.* Ad tertium verò responsio ex ha-

ctenus

(margin numbers: 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36)

37 ctenus deductis jam patet: quod nimirum sub generali † de-
terminatione patrimonii etiam animalia veniant, *l. rescripto.6.*
38 *ff.de mun & honor.* maximè si præter † stercorationem, fructus
causa, principaliter, alantur, & pascuis publicis fruantur, *l.de grege.9.ff.de instruct. & instrum.leg.l.si quis.4 ff.si cert.pet.l.damus 52. ff.de condict.indeb.* Thomat.*d loc.n.9. ubi in terminis.*

Merces mercatorum: Licet enim plausibiliter admo-
39 dùm primò dicatur, quod † mercimonia Jure Gentium libera sint, & proinde mercaturæ operam dantes, cum Reip. quodamodo servire, & civitatis utilitatem augere videantur, etiam ob frequentia pericula belli, pestis, latronum, montium, incendii ac debitorum, qui plerumq; non solvendo fiunt, à muneribus omnibus excusandi, *l.semper.5.§.negotiatores.3. & §.licet. 6.ubi gloss.ff.de jur.immunit.arg.c.fin.de treuga & pace.* Cravet.*Cons. 497.n.3.vers.quintò.* Johann.Köppen *decis.50.n.1. & seqq.* utpote
40 qui † necessarii & utiles bonis civitatibus, Alberic. de Rosat.
41 *in l.fin. in fin. ff. de nundin.* & sine † quibus mundus non potest vivere, Bald. *in Rubric.de cleric.peregrinantib.* Tiraquell.*de Nobilit. cap 33.n.14* Menoch.*Cons.9.n.1.volum.1.* Deinde quod nullibi in Jure mercibus negotiatorum munera imponantur, & proinde
42 nos erubescere † debeamus tale quid absq; lege asserere, *l.si verò 64.§.de viro.9.ff.sol.matrim.l.si servum.71. §.non dixit prætor.5.ff. de acquir.hered.l.1.C.quom.& quando jud.ex.* Festas.*de æstim.& collect. part.4.cap.2.n.76.* Frider.*lib.1.de processib.cap.30.n.3.* cum nec dice-
43 re † queamus, quod lex non dicit, *l.de pretio.8.ff.de Public.in rem act.l.illam.19.C.de collation.Nov.1. §. consideremus.* Knichen *de Vestitur.pact.part.1.cap.3.n.26.* Vult. *Cons. Marp.34.num.148. volum.3.* Pruckman.*Cons.6.n.63. & Cons.20.n.51.volum.1.* Mager. *de Advoc.*
44 *Armat.cap.6.n.386.* immunes † ergò eas esse dicendum est, *l.un.§ sin autem.C.de caduc.tollend.c.ad audientiam. de decim.* si enim lex de iis collectas solvendas esse voluisset, utiq; certi quid disposuisset, prout in animalibus, servis, aliis, factum videmus, *l.filii §.ult.ff.de mun.& honor.l.forma.4.ff.de censib.* Menoch. *Cons.9.n.5.*
45 *vol.1.* Tùm, quod merces mercatorum † diversæ admodum sint naturæ à cæteris mobilibus, siquidem merces nihil certi habent, à fide aliena pendent, fortunæ periculis subiacent, sine hominum industria per se fructus non ferunt, & in motu sunt

conti-

continuo: è contra verò immobilia certa sunt, à fide aliena non pendent, nec fortunæ ictus extimescunt, fructus per se ferunt, quod etiam in animalibus videmus, nec cursum mutant, unde & æquum, ut his auctis augeatur, minutis minuatur munus, *l. cura. 4. §. deficientium. 1. ff. de mun. & honor. l. omnes. ubi* glossa. *C. de censib.* Roman. *Cons. 369. n 32.* quæ sanè ratio, ob frequentem mutationem, mercibus convenire non videtur; alioqui, quod & durum & ferè impossibile, † quotidie nova 46
æstima essent conficienda, Menoch. *d. loc.* Porrò, quod nemo duplici † gravandus & premendus onere, *l. honorem. 10. ubi* glofs. 47
ff. de mun. & honor. l. Titia. 34. §. qui invita. 5. vers. non est enim ff. de legat. 2. Barr. *in l. interdum. §. quoties ff. de public. & vectigal.* Innocent. *in c. ult. de decim.* Thom. Parpal. *in l. placet. n. 74. C. de SS. Eccles.* Bart. *Cons 59.* Dec. *Cons. 457. num. 3.* Boer. *quæst. 162.* Cravet. *Cons. 293. col. 8. vers. 7.* Mercatores verò cum advehunt & evehunt merces, ubiq; pontium, viarum & portarum vectigalia solvunt: unde &, cum his premantur oneribus, à cæteris ut subleventur, æquum est, nec enim Juris optimi est, mercatores, cum tot tantisq; suis difficultatibus opprimantur, adventitiis etiam cumulare oneribus, *l. un. § lucrativas in fin. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 11.* Alciat. *respons. 263. n. 7.* Menoch. *d. Cons. 9. n. 4. vol. 1.* Postea, quod durities & inhumanitas omninò evitanda: durũ autẽ & inhumanũ nimis esset, si mercatores merces in publicum æstimũ conferre, & palam, quod agunt, facere, sicq; & paupertatis † interdum 48
detegere vilitatem, interdum etiam invidiæ divitias exponere cogerentur, *l. meminimus. 2. vers. quid enim. C. quando & quib. quarta pars. lib. 10.* & hac ratione rectè prohibere patrem † confectionẽ 49
Inventarii de patrimonio filii, malè verò petere publicanos dissolutionem transeuntium mercatorum malarum, quò, quid in iis sit, videant, iniquũ itidem esse edictũ prætoris, quo Notarii Judæorum credita edere jubentur, scribit ex Johañe de Platea Ripa *in l. nemo potest. n. 81. ff. de leg. 1. & lib. 1. respons. cap. 10.* Alciat. *d. respons. 263. in fin.* Adhæc, quod causa æstimi, † seu illius de- 50
scriptio sit, ut æqualiter fiat distributio onerum à principe impositorum. *l. forma. 4. §. si quis. ff. de censibus.* distributio † autem 51
pendeat à Jurisdictione imponentis onera, & per consequens

 à sub-

à subjectione illorum, quibus imponuntur, Bart. *in l. rescripto. 6. §. fin. ff. de mun. & honor.* Socin. senior *Consf. 187. col. 1. lib. 2.* Gylman. *tom. 1. Symphorem. part. 2. tit. 6. vot. 1. n. 2. vot. 3. n. 6. & vot. 6. n. 20. & 38.* unde & consequatur, in ea descriptione tantum, qui subiiciuntur, describendos esse, non autem cæteros, cum effectus † à sua
52 causa reguletur, *l. quo minus. 2. ff. de fluminib. l. ex agris. ff. de acquir. rer. dom. l. & si amici. 9. ff. ad L. Jul. de adult. l. maritus. 21. ubi* Castr. & Dd. *C. de procurat. l. restituenda. 9. in fin. ubi* glossa *C. de advoc. diverf. judic.* Gail. *lib. 1. de pac. public. cap. 5. n. 7.* Wesenbec. *Consf. 177. in fin. volum. 4.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 4. n. 60. & seqq.* Exercere au-
53 tem † mercimonia non spectet ad subjectionem, cum multi non subditi ea exerceant, ut sunt illi qui ad nundinas eunt, de his ergò non est habenda ratio, *arg. l. 1. in princ. & l. procuratoris. §. mercis nomine ff. de tribut. act. l. coiri societatem. 7. ff. pro socio. cum similib.* Alba *Consf. 38. n. 1. & seq.* Menoch. *d. loc. n. 6.* Tandem, quod
54 mercium † æstimatio obscura sit & confusa, cum aliæ majoris, aliæ minoris sint æstimationis, Alba *d. loc. n. 6.* Menoch. *d. loc. n. 5.* Bocer. *de collect. cap. 10 num. 3. §. adhac reluctatur nihil.* mercato-
55 rumq; vires † patrimoniales plerumq; in nominibus consistant incertis, Surd. *Consf. 146. n. 6* Mandell. *Consf. 38 per tot.* Bocer. *d.*
56 *loc. vers. non obloquitur.* Quia tamen & merces † rebus connumerantur mobilibus, Antibol. *de Munerib. part. princ. 2. in princ.*
57 *n. 23.* ex quibus quæstus & quidem uberrimus † & multiplex fructus percipitur, Menoch. *Consf. 9. n. 12. vol. 1. & Consf. 1201. n. 53. volum. 13.* Bodin. *lib. 6. de Republ. cap. 2. n. 663.* Venediger Herrligkeit.
58 *fol. 256.* utiq; etiam † mercatores pro iis collectas solvent & munera subibunt, *l. si negotium. 16. C. de negot. gest. l. omnes. 3. Cod. sine censu & reliqu.* Butrig. *in l. placet. vers. ad hoc quod mercator. C. de SS. Eccles.* Bart. *Consf. 133. n. 3. volum. 1.* Socin. sen. *Consf. 205. col. 2. vers. probatur. lib. 2.* Afflict. *decisf. 95. n. 4.* Paris. *Consf. 52. n. 3. lib. 1.* Ruin. *Consf. 159. n. 6. lib. 1.* Nevizan. *Consf. 74. n. 11.* Cravet. *Consf. 217. n. 5.* Decian. *Consf. 69. n. 1. & seqq. vol. 3.* Antibol. *d. loc.* Dominic. Soto *lib. 3. de Just. & Jur. quæst. 6. art. 7.* Cothman. *Consf. 11. n. 164. & seqq. vol. 1.* Sixtin. *lib. 2. de Regal. cap. 14. n. 139.* Johann. Matth. *de contribut. cap. 5. n. 25.*
59 Accedit quod fœneratores † ratione illarum pecuniarum, quas fœnori dant, collectas solvere, & munera subire teneantur,

l. filii.

l.filii.22.§.ult.ff.ad Municip.l.munerum.18.§ sed & eos qui fœnus exercent.23.ubi Bart.*n. 2.ff de mun.& bon.* usuræ siquidem vicem fructuum obtinent, *l.usura.34 ff. de usur.* quocirca cum, ut illi pecunia fœnebri lucrum faciunt, ita mercatores suis mercibus quæstum, quem diximus, comparent, nulla diversitatis ratio inter unam & alteram partem constituenda, sed ubi eadem † 60
ratio, ibi idem Jus erit, *l.neq.10.l.non possunt.12.ff. de Legib.l.un.ff. de font.l.si post-laverit.27.§.jubet.12.ff.ad L.Jul.de adulter.*Bald.*in l. humanitatis.9.n 17.C. de impub.& al.substit.*Ayrer.*in process. historic. lib.1.cap.12.n.11.*Goedd.*Cons.Marp.28.n.196. vol.1.* æquitas siquidem † in paribus causis paria jura desiderat, *c.un.de allod.2.Feud.* 61
54. Nos *de diffamat.cap.5 § 3.n.190.& seqq.* Et hæc res eò minorem dubitationem habet, quod mercatores, † eorumq; merces 62
sub securitate & defensione sunt magistratus collectas & munera indicentis Steph.Bertrand.*Cons.133.n.3.part.1.vol.1.*Cothm. *d.loc.n.167.* & collectæ † ob hanc potissimum causam imponantur, 63
ut principes subditos tueantur & defendant, ut cives & oppidani tuti sint ab hostium armis & prædonum incursionibus, Döring. *in bibliotheca J Cior.tom.1.verb.ærarium.n.116.* ut Justitia in locis à magistratibus administrari possit, Bart. *in l. ne quid.ff.de incend.ruin.naufrag.*Bald.*in c.un.§.Marchiones.qui feud. dar.poss.*Dec.*Cons.534.n.9.& Cons.640.n.4.*Zas.*Cons.14.n.8.lib.1.* singulariter observandum, † anxiè eò allaborandum, ut id promtè 64
& æquabiliter fiat, nec quasi sub hasta Justitia veneat, & officialium Reipublicæ exactionibus & corruptionibus exposita sit, Besold.*de ærar.cap 4.vers 9.*Döring. *d. loc. n. 181.* quæ omnia mercatores præ aliis concernunt; majori siquidem in periculo versantur, quam ii, qui prædia possident, si bella vigent, si hostium non propellatur incursus, si itinera non sint tuta, tunc enim nec tutò advehere merces possunt, nec invectos etiam tutò servare, Menoch.*Cons.9.n.13.volum.1.* Quæ proporrò hac ratione stabilitur, quod & decimæ † ex mercibus & negotia- 65
tionibus præstentur, *c.non est.22.& c.pastoralis.28. ubi Dd.de decimis.*Rebuff.*de decimis.quæst.8.n.18 & 19.* & consequenter etiã † 66
collectæ, cum decimarum instar habeantur, Bald.*in l.neminem. 11.C.de SS.Eccles.* maximè cum ut decimas † sacerdotibus, ita 67
contributiones & munera Magistratui salvator noster præstari

 jusserit

jusserit, Matth. *17. vers. 24. & 22 vers. 17. & 21.* Marc. *12. vers. 14. & 17.* Luc. *20. vers. 22. & 26.* Roman. *13. vers. 7. & 8.* ibiq; affinis meus Osiander *in notis*. Besold. *de Ærar public. cap. 1. n 6. à princ.* Neq; parum pro confirmatione hujus sententiæ facit, *l. forma. 4. §. in servu. ff. de censib.* ubi constitutum, pro censu constituendo
68 servos. † eorumq; res, deferēdos esse, & servi expressè inter merces numerantur. Scimus autem hunc fuisse morem apud antiquos, ut servi venirent, *l. quod si nolit. § si mancipium. ff. de adilit. edict. l. 1. Codic. si serv. export. ven.* Quod si est, ut est, quidni etiam merces, utpote res homine longè inferiores,
69 in æstimum referantur? cum nulla † earum comparatio institui possit, Menoch. *Consil. 9. n. 9. volum. 1.* Huc quoq; facit,
70 quod negotiatores, † ob loci opportunitatem, & negotiationes quas exercent, non injuria loci dominis partem lucri, per loci occasionem acquisiti, præstent ac pendant, *l. qui sub prætextu. 9. C. de SS. Eccles.* Menoch. *d. Cons. 9. n. 18. vers. non obstat tertium. vol. 1.* Roland. à Valle *Cons. 66. n. 27. volum. 1.* Döring. *in bibliothec. Ictor. verb. ærariū. n. 155.* Cothm. *Cons. Acad. 14. n 27. & Cons. 21. num. 2. & seqq.* Nos *Consil 70. num 34. volum. 3.* quid quod nego-
71 tiatores tantum † qui principis devotioni serviunt, & quidem speciali privilegio ab omnium munerum præstatione excusantur. *l. negotiatores 7. C. de excus. mun.* unde ex necessaria consequētia reliqui, ratione suarum mercium, immunes non erunt, cum
72 extensio † ultra specificata, & specialiter expressa fieri non debeat, *l si de certa. ubi* gloss. Bart. Bald. Castr. Alexand. Jason & communiter Dd. *C. de transact. l. fin. §. cui dulcia. ff. de trit. vin. leg. c. sedes. de rescript. Clem. non potest. de procurat. gloss. in l. fugitivus. Cod. de servis fugitiv.* Hippol. Riminald. *Cons. 540. n. 104.* Dec. *Cons. 19. n. 45. vol 1.* Goedd. *Cons. Marp. 37. n. 160. vol 4.* quando præsertim per istiusmodi singularium sive specialium concursum multiplicatio quædam privilegii induceretur, cum id per se sit jus sin-
73 gulare, ac ideò † ad consequentiam non trahendum, *l jus singulare. l. quod verò contra. ff. de Leg. l. deniq. ff. quib. ex caus. maj. l. cum post. §. gener. ff. de jur. dot. l. mulieri & Titio. ff. de cond. & dem. l. si quis reum. § fin. ff. de pollicit. l. fin. C. de SS. Eccles.* imò ejusmodi privi-
74 legia & rescripta, † ex quibus duplex Jus singulare colligeretur, inutilia & temeraria existimat Baldus *in l. 1. in fin. Codic.* quando

quando lic. ab emt. & ad l. 1. Cod. de dot. promiss. Tapia *in l. fin. part. 2. cap. 9. num. 136 137. 138. 140. & seqq. ff. de constit. princip.* Cravett. *Cons. 966. num. 7.* Gœdd. *Consil. 18. num. 45. volum. 4.*

Bartolus † quidem *in l. rescripto. 6. §. sciendum. 3. ff. de muner. & honor.* dictam *l. negotiatores. 7.* de personali tantum munere accipiendam putat: sed cum Imperator absolutè & generaliter de omni munere loquatur, de patrimoniali etiam exaudienda erit munere: posito tamen, Imperatorem eò loci negotiatoribus illis immunitatem tantum à personalibus tribuisse muneribus, non etiam à patrimonialibus: argumentũ † erit à fortiori, quod multò minus hoc privatis indulserit, *l. non debet. 41. ff. de Reg. Jur. l. fin. C. de decurion. c. magnum quidem. 11. quæst. 1.* Menoch. *Cons. 9. n. 10. vol. 1.* Bocer. *de collect. cap. 10. n. 3.* Pruckm. *Cons. 49. n. 176. vol. 1.* Daniel Otto amicus meus. *lib. 1. Dial. Jur. cap. 17.* Dn. Georg. Christ. Walther. *de Jure & statu Doctor. cap. 5. §. 17.* Matth. Steph. *lib. 1. Top. jur. loc. 92 n. 3.* Certum quoq; est, iniquissimum fore, † mercatores ratione mercium suarum excusari, cæteros verò subditos omnes, rerum suarum mobilium & imobiliũ nomine collectis & muneribus onerari: cum tamen sæpe mercatores in mercibus suis majus patrimonium possideat, quam reliqui subditi in prædiis & rebus suis mobilibus, & præterea, quod durum, fiscus ex pauperum summis laboribus, sterilibus prædiolis, & miseris domunculis capere, ex divitum verò mercatorum amplissimo in mercibus consistente patrimonio nihil consequeretur, Bod, *d. loc.* Lather. *lib. 2. de cens. cap. 2. n. 6.* Bocer. *d. loc.* Besold. *de ærario. cap. 4. n. 18. vers. 2.* Tandem, ut reliqua, quæ adduci possent, omittam, hanc sententiam summè stabilit usus & consuetudo generalis & antiquissima † quæ sanè cum in omnibus, *l. de quibus. 32. ubi* communiter Dd. *ff. de Legib. l. 2. & ibi* Dd. *Cod qua sit longa consuet. c. un. vers. legum autem Romanarum. de feudor. cognit.* Dom. Altorfiens. *Consil. 61. post princip.* tum præsertim in materia hac munerum & contributionum maximè solet observari, *l. si publicanus. 4. §. ult. ff. de publican. l. ult. ubi* gloss. *Cod. de can. sacrar. largit. lib. 10.* Thomas Parpal. *in d. l. placet. num. 27. Cod. de SS. Eccles.* Bartol. *in l. un. C. de auro coron. lib. 10* Jacobin. de S. Georgio *de homag. num. 52.*

Ll 3 Antib.

75
76
77
78

Antib. *de Munerib.part.3.in fin.* Festas. *de æstim. & collect. part.1.cap. 1.n.16.* Boer. *quæst.246.n.4.* Peregrin. *Consf.102.n.11. vol.1.* Gail. *lib.2. Obs.52.n.10.& seq.* Lipsiens. *inter vac.Consf.37.n.55. volum.1.* Nicol. Reusner. *Consf.2.num.47.& 52.lib.1.per multas autoritates.* Cothman. *Consf.3.n.290.& seq.volum.4.* In nostro autem casu generali, & ubiq; ferè recepta consuetudine observatum est, de mercibus & negotiationibus & fuisse confecta æstima, & solutas collectas.
79 Quod ergò à consuetudine † stabilitum, nulla ratione
80 debet mutari, *l.minimè.ff.de Legib.* cum talis † consuetudo vim privilegii obtineat, *l.& hoc jure.§.ductus aquæ.ff. de aq. quot. & æstiv.c.super quibusdam.§.præterea.ubi* gloss. & Dd. *de Verb.Signif.* Menoch. *Consil.9.num.7. in fin. volum.1.* Altorfiens. *Consil. 74. per totum.*

Quæ omnia ut clarius elucescant, superioribus quoq; respondendum est. Non movet igitur, quod primo loco objectum: ad id enim duplex parata est responsio. Prima, quod
81 tantum † exaudiendum sit de personalibus, (à quibus, certo respectu, propter necessariam absentiam, excusantur mercatores) non patrimonialibus muneribus, quod subjecta in lege verba, & ratio (*qui annonam adjuvant: & quamdiu in istiusmodi actu sunt.*) declarant. Secunda, quod non indifferenter de omnibus, sed saltem iis mercatoribus, intelligendum, qui autoritate publica annonam adjuvant: non ulterius ergò extendendum, Antibol. *de Munerib.part.princ.3 in princ. n.50.* Thomat. *de collect.§.exposuimus.n.16.* Bocer. *de collect.cap.10.n. 3.§.nihil quoq; refragatur.* Neq; verò ad rem confert, quod mer-
82 catura sit amica & utilis populis, quia † agricultura & utilior, & longè amicior, quod multa in Jure huic concessa demonstrant privilegia, mercaturæ hactenus denegata, Johann. de
83 Platea *in l.1.C.de agricol.& censit.lib.11.* & quod mercatura † nobilitati deroget, Tiraquell. *de Nobilit.cap.33.n.20.& seqq.* Josias Nolden, cum multis allegatis, *de statu Nobil.cap.17.§.2.num.174.*
84 agricultura verò ars † sordida & ignobilis non sit, Benedict. *in c.Raynutius.verb.dotem quam ei dederat.n.52.de testib.* Alciat. *de præsumt.reg.1.præsumt.48.n.9.* Guido Pap. *decis.41.& 296.vers.sed nec in nobilis.& decis.392.* sed viris ingenuis & liberis maximè conveniat,

miat, Cicer.*lib.1.Offic.& in Orat.pro Roscio Amerino.*Luc.de Penna & Johann.de Platea *in Rubric.d.loc.*Plin.*lib.2. cap.3.* Valer. Maxim.*lib.4.dictor.factorumq́, memorab.cap.4.*Æneas Sylvius *Epistol. 5.per tot.& epist.91.* & alii, quos laudat Tiraquell.*d.loc.cap.32.n.2. & seqq.* Menoch.*Cons.9.n.17.& seq.vol.1.*

Nec quod secundo : Contrarium enim ex hactenus dictis sufficienter apparet. Deinde cum dictum atq; cautum, mobilia æstimanda esse, utiq; & ipsæ merces, † ut res mobiles, 85
æstimandæ erunt, cum eadem utrobiq; sit ratio, & proinde allegata regula, *l.un.§.fin autem.C.de caduc.tollend.* cessabit, Socin. jun.*Cons.77.in fin.lib.3.*Grav.*Cons.62.n.14.& Cons.130.n.7.*Menoch. *d.loc.n.18.vers.non obstat quartum.*

Nec quod tertio : Nullam enim diversitatem naturæ inter merces & cætera bona deprehendimus. Licet namq; sub
periculo versentur merces,† versantur & fructus prædiorum, 86
ita, ut aliquando, pro temporum videlicet varietate, & bona vel mala tempestate & temperie, majores, aliquando sint minores. Experimur quippe segetes subjacere vermibus, qui eas consumunt, siccitati, qua nasci impediuntur; nebulis & imodicis pluviis, quibus corrumpuntur: grandini etiam, & cæteris, quibus concutiuntur, *arg.c.propter sterilitatem.de locat. cum similib.*Thomat.*de collect.§.exposuimus.n.7.ibi : adversa tempestate, aut alio contrario casu.*Menoch.*d.loc.n.19.*eumq; sequens Bocer.*d. loc.n.3.§.adhæc reluctatur nihil.* Adhæc posito, majus versari pe-
riculum in mercibus,† quam in prædiorum fructibus, versa- 87
tur etiam majus lucrum, ob quod, naturali ratione dictante, unum cum altera compensandum. Tandem quoq;, ut majus periculum in mercibus sit, minus etiam earum reditus æstimabuntur, & certa periculi ratio habebitur, Menoch.*modo allegato loco.*

Nec quod quartò : Alia enim ex causa solvuntur vectiga-
lia, alia item contributiones & munera. Ex separatis autem,† 88
quorum separata est ratio, malè concluditur, *l.inter stipulantem. §.sacram.vers.sed hæc dissimilia.ff. de Verb.Oblig.vulgata l. Papinianus exul. cum simil.ff de minorib.*Bertrand.*Cons.133.n.1.part 1.vol 1.*
Gylman.*tom.1.Symphor.part.2.tit.6.vot.5.n.26.* Illa præstantur,† 89
ut

ut magistratus faciliùs tutam, salvam & integram peregrinantibus viam præstare possit: Hæ verò † ex bonis & mercibus in
90 locum domicilii adductis, propter emergens lucrum, in publicam utilitatem exiguntur, adeóq; de duplici onere allegati textus ratione ejusdem, non diversæ, intelligendæ sunt causæ, Natta *Consf.312.n.6.vol.2.* Menoch. *d.Consf.9.n.28.vers.non obstat tertium.* Bocer. *d.loc.n.3.vers.non officit quoq;.*

91 Nec quod quinto: Primò siquidem dum justa † causa subest, res familiares divulgare conceditur, Ripa *in l. nemo potest*
92 *n.81.in fin.ff.de leg.1.* & sic cogitur tutor † exhibere inventarium bonorum pupilli, Bald. *in §.novissimo.Inst. de suspect.tutor.* Alex. *in l.1.§.rationes.n.5.ff de edend.* Nevizan. *lib.4.sylv.nupt.n.118. in fin.*
93 Deinde dum æstimum mercium conficitur, non singulæ † res & speciales in id referuntur, sed (quo patrimonii secreta minimè panduntur) generaliter, quanti sint negotia, quæ ab illo & illo tractantur, ex prudentum & negotiationis, quod omninò fieri debet, *l.si chorus. 79. §.his verbis.1. ff. de leg.3. l. temporibus. 1. in princ. ff. de inspic. ventr. Auth. habita. Codic. ne fil. pro patr. l. si quis.3.C.fin.regund.l.semel.6 C.de re milit.lib.12. c. significasti. de homicid.* Nos *per multa allegata, de diffamat.cap.5.§.2.n.69. & seqq.* pe-
94 ritorum † judicio judicantur, quod nec veteres Romani, à quibus hic mos manavit, indecorum habuerunt, Dionys. Halicarnass. *lib.4. Antiquit. Roman.* Liv. *lib.1.7. & 39.* Tandem, quod
95 etiam Bocerus *d.loc.n.4.* putat, hæc omnia † juramento evitari possunt, quod & lex innuit, & consuetudo quotidiana docet, Bornit. *lib.5.de ærar.cap.5.in fin.* Friccius *de Rep. emendand. cap.12.* Ezel. Zech. *lib.2. Politic.cap.3.pag.228.* Petr. Gregor. *lib.3. de Republ. cap.6.n.4.* Althus. Polit. *cap.11.n.34* Döring. *d.loc.n.129.* quod si verò perjuria metuantur, & juramentis non ita ludendum Do-
96 ctores dicant, † sub pœna confiscationis comminatio fieri potest, &, ut data manu loco fidei omnia revelent subditi ipsis injungendum, quod & Dominis Marpurgensibus probatur, & nos 1638. feliciter Gothæ practicavimus, consulatur Pruckman. *Consf.48.n.216. & seqq. volum.1.* Marpurg. *Consf. singular. de collect. n.482.* Besold. *de ærario.cap.5.§.1.n.2.*

Nec quod sexto: Primò enim respondendum, si mercatores ditioni & potestati principis subjecti sunt, quod etiam

ratione

ratione † mercium, cum & illæ sint in suo patrimonio, sub- 97
jecti sint, & proinde etiam, propter accepta commoda, munera subire, & onera ferre debeant per hactenus deducta, Döring. d. loc. n. 155. Si minus, & ad nundinas saltem eant, quod tunc in loco domicilii quidem ad contributiones teneantur, † 98
in nundinis verò de stationibus forensibus pecuniam Stand vnd Marckt geld exsolvere cogantur, *l. rest[ituta] curationi. Cod. de divers. prædiis urb.* Guid. Pap. *decis. 631. n. 7.* Schurf. *Cons. 13. n. 2, cent. 2.* Wesenbec. *Cons. 12 n. 67. volum. 1.* Nævius *ad tit. quæ sint regalia n. 468.* Döring. *d. loc. n. 47.*

Nec deniq; quod ultimo: quia verum non est tantam esse varietatem & difformitatem mercium, ut æstimari non possint: quin etiam prædiorum reditus ita certi non sunt, ut aliquando non sint majores, aliquando minores, pro temporum varietate, & bona vel mala temperie. Unde &, existente casu, re cognita, æstimum vel augendum vel minuendum, sic ut de † auctis facultatibus & mercibus major, de minutis 99
minor collecta solvenda, Menoch. *d. Consil. 9. num 19. vers. non obstat sextum.* Neq; verò de incertis nominibus munera exigimus, † sed eadem sterilibus, quæ à collectis immunes sunt, 100
comparamus rebus, Socin. jun. *Consil. 33. num. 12. volum. 3.* Natta *Consil. 418. num. 7.* Mynsing. *respons. 1. num. 30. decad. 15. part. 2.* interim tamen certa & indubia nomina, à quibus non rarò quoq; usuras, prout multa exempla novi, percipiunt mercatores, muneribus & contributionibus minimè subducimus aut eximimus, Bocer. *de collect. cap. 10. num. 5. vers. non obloquuntur.*

Pecunia fœnebris & sub usuris exposita, de qua tamē 101
creditor non debitor, collectas solvit & munera præstat. *l. filii. 22. § qui fœnus exercent. ult. ff. ad municip. l. imun. 18 § sed & eos qui fœnus exer[cent] ... ff. de mun. & hon.* Thum *de collect. § sanè si negotium n. 14.* Fürstl. Sächs. Außschreiben welcher gestalt die bewilligte [...] Landsteuer angelegt/gegeben vnd eingebracht werden soll sub dato Coburg 23. Octobr. 1595. tit. Von außgeliehenem Gelde 18. tum quia fructus quæstusq; † quales 102
sunt usuræ, *l. usura. 34. ff. de usur.* ex ea percipit, generalis autem regula est, quod de omni re, † ex qua tale quid 103

 perci-

percipitur, contributio, ab eo, qui percipit, exigatur, *l. Gnegotium.16.C.de negot.gest.l omnes.3.C sine cens.vel reliqu.* Socin. *Cons.215.col.2 vers.probatur.lib.2.* Curt. jun. *Cons.42.n.1* Afflict. *decis.95.n.4.* Paris. *Cons.52.n.3.lib.1.* Cravet. *Cons.* … *n.5.* Ruin. *Cons.159.n.6.lib.1.* Nevizan. *Cons.74.n.11.* Roland. à Valle *Cons.* … *volum.1.* Menoch. *Cons.* … *n.8.& 12.volum.1.* Besold. *de aerar.cap.* … *§.18.vers.nec porro aequum.2* etiamsi alteri in alia regione habitanti pecuniam mutuò dederit, modò lucrum ex pecunia sentiat, Waremund. ab Ehrenberg *de subsid.cap.14.n.10.* tum quia actio-
sunt Emphytevtæ, exiguntur, *l. pen. §. possessor. 1. vers. sed & qui vectigalem ff. qui satisd. cog. l. Imperatores. 7. ff. de public. & vectigal.* Alex. *Cons. 35. n. 11. volum. 4.* Natta *Cons. 312. n. 5. & per tot. volum. 2.* Harpprecht. *ad §. adeò autem 3. n. 393. & seqq. Inst. de locat. & cond.* qua ratione & tertiæ Thomati objectioni satisfactum, Bocer. *d. loc. n. 13.* Ut & quod obligatio solvendi functiones publicas prædio & personæ cohæreat: cum persona non per se, sed propter prædia, † quæ possidet, & fructus, quos percipit, ad munera sit obstricta, *d. l. Imperatores. 7. ff. de publican. l. fructus. 13. C. de act. emt. & vend. l. ult. C. sine cens. vel reliqu. l. 2. & 3. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Natta *Cons. 35. n. 1. 2. & 3. volum. 1.* Francisch. Curt. junior *Consil. 278. n. 19. volum 3.* Tandem etiam, quod legibus quibusdam, à dominis prædiorum, † munera præstari sit sancitum, *l. omnes. 1. C. de indict. lib. 10. cum simil.* Quod illæ leges omnes capiendæ sint de iis dominis, qui ipsimet prædia possident, quod autem propriam rem, quam corpore detinemus † possidere dicamur, probat *l. ait prætor. 1. §. hujus autem. 2. ibi: fieri potest, ut & possessor idem, & dominus sit. in fin ff. uti possidet.* Alioquin non domini, sed possessores prædiorum, prout modò diximus, munera præstant, nisi consuetudo, † quæ observanda, *l. munerum. ult. §. præterea. 25. ff. de mun. & hon.* Gail *lib. 2. Obs. 52. n. 17. & seq.* Wesenbec. *Cons. 181. n. 118. volum. 4.* Peregrin. *Cons. 102. n. 11. volum. 1.* Bertazzol. *Cons. civ. 27. n. 10.* Flamin. de Rubeis *Cons. 1. n. 16. part. 1.* Surd. *Cons. 289. n. 13.* Nicol. Reusner. *Cons. 2 n. 47. & 52. lib. 1.* Græven *lib. 2. pract. conclus. 52. n. 17. & 18.* aliud suadeat, *l. sine herede. 32. §. Lucius. 6. ff. de admin. & peric. tut.* Bocer. *d. loc.* Et quæ hactenus de Emphytevta scripsimus locum etiam habent † in libellario, Festas. *d. loc. cap. 4 n. 25.* Rutger Rulant *de commiss. part. 4. lib. 2. cap. 6. n. 62.* Borcholten *de feudis. cap. 3. n. 45.* Calvin. *in lexic. verb. libellarius.* & in conductore † ad longum tempus, gloss. *in l. si quos ante. 10 ff. de acquir. poss. & in l 3. §. ex contrario. ff. eod. & in l. si ut certo. §. si duobus. ff. commod l. sciendum. pen. §. possessor. 1. vers. sed & ff. qui satisd. cog.* Alexand. *Cons. 1. n. 8. volum. 4.* Parpal. *in d. l. placet. n. 48. C. de SS. Eccles.* Natta *Cons. 36. n. 3. volum. 1. & Cons. 312. n. ult. in fin. vol. 2.* Vincent. Caroc. *part. 2. de loc & conduct. tit. de collect. n. 7.* Bocer. *de collect. cap. 10. n. 18. & seqq.* ubi prolixè eam quæstionem tractat, & in colono † par-

214 215 216 217 218 219 220

partiario, Halbbawern quicquid etiam frustra disputet Bocerus *d.loc.n.32.* qui cum pro sua parte fructuum, qui ad ipsum perveniunt † decimas solvere cogatur, & dominus itidẽ pro sua parte
221 *c.à nobis.c.tua.de decim.* etiam † contributiones & munera pro
222 eadem subire tenebitur, *l.hi penes.4.& l.colonos.15. & ibi* Platea *C.de agric.& cens.lib.11.* Zabar.*in c.tua nos.n.4. de decim.* Alexand. *Cons.35.n.12.volum.4.& Cons.148.n.8.vol.6.* Antib. *de Muner.part. princ.3.§.4.num.93. & seqq.* Festas. *de estim. & collect.part. 2.cap.3. n.4.ubi in terminis* Alba *Cons.40.n.7.* Roland.à Valle *Cons. 66.n.29. vol.1.* Crav. *Cons.497 n.5.* Gail.*lib.2.Obs.21.num.14. 18. & 19.* Simon de Præt.*Cons.18.n.27.cent.3.* Natta *Cons. 409. n.1. & seqq.vol.2.* Menoch.*lib.2. A J. Q cent.6.cas.562.n.37.& seqq.n.50.& seqq.* Sichard. *Cons.11.de contractib.n.1.* Tuschus *conclus.464. n. 2. lit. C.* Regner.
223 Sixtin.*lib.2.de Regal.cap.14.n.87.& seqq.* Tessaur.*decis. 116. num. 10.* R.A. de anno 1594.§. Demnach dann. damnum † quippe & lucrum, societatis quasi jure, cum domino partitur colonus partiarius, & utriusq; sive bonæ sive malæ fortunæ est particeps, *l.si merces.25. §. vis major. 6. ubi* Bart.*num.3. & 9.* Salicet.*n.4.*& Paul.de Castro *n.3.ff.loc.cond.* Bald.*in l.licet.8.n.14.Cod. eod.* Petrus de Ubald.*de duob.fratrib.part.11.n.32. & seqq.* Menoch. *remed.possess.adipisc.3.n.87.& Cons.659.n.13.vol.7.* Johann.Vincent. Honded.*Cons.85.n.12.& seqq.volum.1.part.5.* Schneidew. *§. praterea.n.4.Inst.de loc.& cond.* Oldendorp. Pratejus & Calvin. *in lex. verb.coloni partiarii.* Ego ipse *Cons.71.n.10. & 11. & per tot. ubi in terminis.volum.3.* Neq; verò Bocerum *d. loc.* & Casp. Guilielm.
224 Scipionem *lib. 3. decis. Cameral. 133. à princ.* quicquam juvat, quod coloni partiarii non possideant, & fructus, † quos percipiunt, loco operæ, laboris & sumtuum in culturam factorum, qui proinde ante omnia deducendi, percipiant, *l. fructus. 7. in princ. ubi* Bart. Alexand. Jason & Dd. *& §. ult. ff. solut. matrim. l. hoc fructuum.1.ubi* Bart.& alii.*C.de fruct. & lit. expens.* Felin. *in c.*
225 *ad nostram.n.3.de jurejur.* Castr.*Cons.33.n.17.volum 1.* Cacheran. *decis.13.num.7.* quia primò prædia, juxta † conventionis legem, quæ in tali contractu maximopere inspicienda, *l.depositum. 1. §. si convenit.6.ff.depos.l.si merces.25.§.conductor.3.ff.loc.conduct.l.in conventionibus.52.ff.de V.Obl.c.contractus.85.ubi* Petrus Peck. *num.3.de R.Jur.*

R. Jur. in 6. Wes. *Cons. 316. n. 81. & Cons. 331. n. 219. & seq. vol. 7.* naturaliter † quodammodo à colono partiario possidentur *d. l. Imperatores. 7. ff. de publican. l. fructus. 13. C. de act. emt. & vend. l. ult. C. sine cens. vel reliqu.* ut proporrò pro rata perceptorum fructuum, † etiam onera ferre debeat, *d. l. aut prætor. 1. §. hujus autem. 2. ibi: fieri potest, ut & possessor idem, & dominus sit. ff. uti possidetis.* 226 227

Deinde verum est, & concedimus libenter, quod † ante omnia expensæ & sumtus deducendi, & postmodum demum, respectu certo ad fructus habito, munera & onera imponenda. Hoc verò dum fit, partiarius certè colonus non melioris erit conditionis, quam dominus, sed vel propter hanc negotiationem, quam quasi exercet, & exinde proveniens lucrum, quotam suam æquo animo feret, Nos *d. Consil. 71. num. 10. cum ibi allegatis. volum. 3.* maximè quia labores & impensæ † pro onere non computandi, utpote pro quibus fructus consequatur, Natta *Cons. 312. num. 6. volum. 2.* nec sui ipsius causa dominum † jam antè satis gravatum (hic enim & prædium sumtu non exiguo vel paravit, vel conservavit, & adhuc conservat) ulterius gravabit, *l. si quis in suo. ubi* Jason *C. de inoffic. testam. c. non debet, de R. Jur. in 6.* Levit. *19. vers. 11.* Devter. *16. vers. 19.* Aldobrand. *princ. n. 9. Inst. de ingenuis.* Prueckman. *§. soluta potestas. cap. 4. effect. 5. n. 20.* Ego ipse *Cons. 61. n. 101 volum. 3.* quæ vel eò magis procedunt, quod & omnium locorum consuetudo † hoc onus colono imponat, *arg. l. sine herede. 33. §. Lucius. 36. ff. de admin. & peric. tut. l. litibus. 20. §. hac de redditibus. C. de agric. & censit. lib. 11.* Jason *in l. 1. n. 32. C. de Jur. Emphyteut.* Paris. *Cons. 25. n. 54. & 97. volum. 1.* Cacheran. *decis. 83 in fin.* ipse Bocer. *d. loc. n. 36.* 228 229 230 231

V. Decimæ: Amicus Plato, † amicus Socrates, sed magis amica veritas, *l. dedi tibi. 3. §. sed si servus. 7. ff. de condict. caus. dat.* Abbas *in c. 1. col. 6. de postul. prel.* Cagnol. *in l. 2. §. Juris Civilis. n. 35. ff. de O. Jur.* Decian. *Cons. 47. n. 22. volum. 1.* Roland. à Valle *Cons. 63. n. 5. volum. 1.* Gutierrez *lib. 1. pract. quæst. 23. in fin.* cui proinde unicè inhærebimus. Decimæ † autem Juris sunt divini, *c. cum Apostolica. 7 de his quæ fiunt à præl. c. cum non sit. 33. ibi: sibi dominus decimas reservaverit, de decim.* & rebus connumerantur spiritualibus, † quæ in usum temporalem nec converti debent, 232 233 234

 c. ult.

235 *c.ult.de rer.permut.* nec † à laicis possideri possunt, *c. adhaec.15.de decim.c.decimas.16.quaest.7.* Nec praescribi, *c.causam.7. de praescript.* Dn. Bocer. *de praescript.feudi.cap.2.n. 121. & multis seqq.* Verum enimverò ut haec & multa alia hic adduci possent, constat tamen multis modis decimas ad laicos pervenisse beneficio Papali puta, aut infeudatione ante Concilium Lateranense fa-
236 ctâ, quae proporrò † immemorialis temporis spatio quasi possessae, justo titulo per laicos acquisitae praesumuntur, Covarr. *lib. 1.var.resolut.cap.17.n 9.vers.sed si dubitetur.* Vasq. *lib.2 illustr controvers.cap.89.n.7.* Gutierrez *lib.1.pract. quaest. 16.* Rosenthal. *de feud. cap.4.conclus.28.n.1.* sic ut de uno laico ad alium, praescriptionis jure, transferri queant, *c.1.de praescript.in 6.* Vasq. *d.loc.n. 6. vers.pro*
237 *nobis textus.* talis † quippe possessio vim specialis concessionis habet, *l.hoc jure.3.§.ductus aquae.4.de aq.quot.& aest.c.1. de praescript. in 6.c.praeterita de V.Signif.* Andr. de Isernia *in c.un.§.praeterea.n.16. de prohib.feud.alien.per Frideric.* Abbas *in c.fin.n.6.de caus.poss.& propriet.* Paris. *Cons.26.n.27.lib.1. & Cons. 111.n. 49. & 214.lib.4.* Natta *Cons.446.n.12.* Signor. de Homod. *Cons.21.n.2.vers.undecimò prob.*
238 Cravet *de antiquit.temp.part.4.§. absolutis.n.9.* & privilegii † expressè ex certa scientia concessi, Bald. *in c.un.n.3.quae sint regal* Jason *in l de quibus.n.43 ff.de Legib.* Gozadin. *Cons.8.num.37.* Bellon. *Cons.55.n.5.* Sixtin. *lib.1.de Regal.cap.5.n 149.& seqq* adeò ut eo vel
239 simili modo acquisitae decimae † inter bona patrimonialia referantur, & instar patrimonii sint, Garsia *de expens. & meliorat.*
240 *cap.9.n 93.* quae consequenter non solùm † vendi, locari, permutari, in dotem dari, obligari, & in judicium familiae herciscundae venire, & quocunq; modo alienari, Sichard. *in l.10.n.9. C.de probat.* Polyaen. *lib.2.stratagem.* quem refert Jul. Caesar Bulenger. *de tribut.& vectigal.pop.Rom.cap.7.& seqq.* Gutierrez *lib.1.pract quaest.15.n.7.* Vasqu. *lib.2.illustr.controvers.cap.89.n.6.* sed &, ut res
241 patrimonialis alia, quae fructum fert, & in † commercio hominum esse coepit, contributionibus & muneribus subjici possint, *c.in aliquibus.32.in princ.& §.ult.de decim.c.commissum.4.c.cum sint homines.18.eod.* Rebuff. *de decim.quaest.10.* Bocer. *de praescript.feud. cap.2.n.121.& multis seqq.maximè n.147.& seqq.* Vasq. *d.loc. num 6. vers.rursus si ponas.* prout, ex Guilielm. Benedict. Chassanaeo &

Sta-

Staphilæo, referente Garsia, sæpius in senatu judicatum, ut
venditiones, permutationes & locationes istiusmodi decimarum
sustineantur, & quod quotidie in judicium familiæ
herciscundæ deducantur, & ceu reliqua avita bona, jure re-
tractus retrahantur, † licet novis senatoribus, quotidie è scho- 242
lis ad regnum venientibus, res nova videatur, Garsia *d. loc. de
expens. cap. 9. num. 97.* Gutierrez *d. lib. 1. pract. quæst. 15. n. 7. in fin.* ubi
uterq; hæc in terminis, hucq; non parum faciunt, quæ Thomatus
in §. subiiciunt. n. 27. & seqq. scribit, ubi multis argumentis
etiam decimas clericorum muneribus subjicit, & ad contraria
respondet.

Quod si verò tales decimæ † ab arcium pluribus commu- 243
nium condominis, vel etiam aliis privatis, unius tamen fami-
liæ, aut etiam diversarum, unà cum arcibus, possideantur, pro-
ut in nostro hoc, & vicino Horizonte, quāplurima exempla re-
periuntur, utputa Nobilium † à Schaumberg qui in castris suis 244
Dundorff & Ravenstein / Mareschallorum † hereditariorum 245
Imperii, circa arcem & totum Baronatum Pappenheim / cum
pertinentiis ejusdem, Nobilium † ab Eglofstein in arcibus Cun- 246
reut und Mülhausen / Nobilium † Voiten von Salzburg in arce 247
ad Salam Salzburg / Nobilium † à Thüngen in arcibus Reissen- 248
berg und Thüngen / communes sunt domini, Kyllinger. *de Gener-
biis castrorum. discurs. 14. n. 29. discurs. 15. n. 84. & discurs. 16. n. 24. &
seqq.* Nobilium † item à Streitberg / qui nuperrimè, beneficio 249
Domini Ludovici Wilhelmi à Streitberg / piè defuncti, in ca-
stro Sachsengrün / suasu meo, testamento tales facti, tunc one-
ra & munera, ut aliàs fieri consuevit, vel à possessore arcis, vel
seniore familiæ, vel qui, reliquorum consensu aut dispositio-
ne, totius negotii curam suscepit & dirigit, Allermassen † man 250
sich / dem gemeinen Sprichwort nach / gemeiniglich an die Thor
oder Höffseulen zu halten pflegt / præstanda & exsolvenda sunt,
ita tamen, ut à consortibus † & de lucro participantibus, viri- 251
les portiones juridicè reposcere, vel etiam jure retentionis in
fructibus uti possit, *l. cum possessor. 5. in princ. ibi: quod à fisco cessâ
actione experiri possit adversus consortes, qui solus collectam solvit. ff. de
censib.* R. A. de anno 1576. § Bey Berathschlagung dieses Arti-
culs, Denais. *in Comp. Jur. Cameral. tit. de contribut. Turcica. §. 8. & 9.*

Quemad-

252 Quemadmodum autem possessores† prædiorum & fundorum contributionum onus sustinent, *d.l.Imperatores.7.ff. de publican. & vectigal.l.fructus.13.C.de act.emti vend.l. vacantes.1. l.annonas.2. ibi: annonas autem is solvere debet , qui possessiones tenet , & fructus percipit. Codic.de annon & tribut. lib. 10.* ita quoq; qui ex se-
253 cundo † decreto possessionem impetrârunt, utpote qui verè possident, & possidendo dominium capere possunt, *l.usufructu 7.§ 1.vers.unde etiam.ff.de usufr.l.interdum.1 ff.de fund.dot.l.prætoris. 5.in princ.l.his qui.12 l.si finitm.15.§.Julianus.16 & §.seq.§.si de vectigalibus.26.& § posteaquam.33.l.damni.18 §.pen.l.cum postulassem. 44. §. 1.ff.de damn infect.l.possideri.3.§.ult ff.de acquir.vel amitt.poss.* Simon. Vincentin.*de judiciali miss in possess.n.20* Odofred.Bonon.*de prim. & secund.decret.n.27.* Jacob.de Bellvis.& Guid.de Suzar. *de prim.*
254 *& sec.decret.n.38.* autore siquidem prætore possident, † & sic justè possident, *l justè.11 ff.de acq. vel amit.poss.* Jacob. de Belv. & Guid. de Suzar. *d.loc.num.56.* Bocer. *de collect.cap.10. n 38. & seq.*

De feudis verò quid dicemus ? Utrumne vasalli quoq; desuper ad contributiones & munera compellentur ?

255 Affirmantium rationes sunt: I. quod vasallus † usufructuario similis sit, *c.un.§.ult. ibi: ususfructus verò illius ad ac-*
256 *cipientem transeat.2.Feud.23.* usufructuarius autem †omnia onera ferre cogatur, *l.si pendentes 27.§.si quid.3.ff.de usufruct. l. quæro. 28. ff.de usu & usufr.leg.l.neq; stipendium.13.ff.de imp.in res dot.fact.* Cujac *lib.7.Obs.4.* Wesenbec.*Cons.215.num. 44.volum 5. in terminis.* Hartm.Pistor.*lib.1.quæst.46.num.33.& seq.vers.proinde & vasallus.* Modestin.Pistor.*Cons.5.n.5.& seqq.volum.1.*&consequenter,cum
257 similia † pro veritate sint, etiam vasallus, Bald. *in l.qui filium. in fin.ff.ad SC.Trebell.*Matth.de Afflict.*cap.1.§.sed quia. quæ fuit prim. caus.* Fürstl.Sächs.Außschreiben wie die verwilligte Reichssteuer einzubringen/sub dato Weimar am Tag Jacobi 1557. tit. Ritterschafft unnd derselben Wittfrawen. 5.§. Die von der Ritter-
258 schafft. cum præsertim à similibus † ad similia, si ejusdem sint generis, M. Joh.Faber , concionator Aulic. Coburg.*in refutat. Conf.Papistic.part.3.cap.26.§.383.in fin.*procedamus,gloss.&Jacob. de Belvis.*c.un.§ si duo fratres. ibiq;* Matth. de Afflict. *n. 9. de feud. March.gloss.c.un.de feud.cogn.* Andr.de Isernia *in constit. regni Sicil. Cons.de prob.pag.186.n.42.col.2.*Schrad.*de feud.part.9.c.9.n.18.& seq.*

II. Quod

II. Quod etiam maximè † immunis ab oneribus & con- 259
tributionibus ordinariis, solitis & insolitis, nihilominus teneatur ad munera, quæ imponuntur ratione belli vel alterius publicæ utilitatis, de qua ab initio verisimiliter non fuit cogitatum, licet aliàs personale vel etiã bursale vasallus domino præstet officium, *l. stipendentes. 27. §. si quid cloacarii. 3. ff. de usufruct.* Bald *in c. un. in princ. per quos fiat Investit.* Specul. *de feud. §. quoniam. n. 67. vers. & nota quod vasalli.* Natta *Cons. 312. n. 6. ubi in terminis. volum. 2.* Roland. à Valle *Cons. 80. n. 21. & seqq. vol. 3.* Gail. *lib. 2. Obs. 52. n. 26.* Heig. *quæst. 18. n. 26.* atq; hanc sententiam judicii Cameralis usu approbatam, & consuetudine totius Germaniæ receptam esse testatur Mynsinger, *Cent. 4. Obs. 70. n. 6.*

III. Accedit R. A. de año 1544. §. Nemblich sollen. & §. Damit aber solcher. & de anno 1548. §. Wiewol nun. ubi etiam
exemti † ad munera & cõtributiones adstringuntur, ibi, verbis: 260
sie seind Lehen oder eygen. item/ die seind Lehen oder eygen. hic, verbis: sie sein exemt oder nit exemt/ gefreyet oder nit gefreyet/ mit Steuer zubelegen :c. sic quidem, ut etiam is, qui de feudo quodam liber, id est, frey geruhig'ich ohne Stewer/ investitus, nullo modo à publicæ necessitatis vel utilitatis oneribus eximatur, Modestin. Pistor. *Cons. 4. n. 5. & seqq. volum. 1.* Ludov. Gilhausen *in arbor. judic. civil. part. 1. de Jurisdict. cap. 1. n. 4.*

IV. quid quod domini terrarum, in omnibus feudis superioritatem cum mero & omni imperio sibi reservent. Contri-
butionũ verò & onerum † impositio & perceptio, vera Symbola 261
ac notæ superioritatis seu sublimioris eminentiæ sint & habeãtur, *l. nulli. 28. C. de Episc. & cleric. c. 2. de censib.* Petr. Greg. *lib. 9. de Re-
publ. cap. 1. n. 11. vers. non negatur.* & superioritatẽ † important ter- 262
ritorio radicatã, in cujus recognitionẽ subditi ratione bonorũ tam allodialium quam feudalium conferre tenentur, *l. rescripto 6. §. fin. ff. de mun. & hon. l. 2. ubi* Luc. de Penna. *n. 1. C. in quib. caus. col. lib. 11.* Johann. Bonifac. *de furtis. §. 4. num. 24.* Laurent. Sylvan. *Consil. 9. n. 15.* Mandell. *Cons. 62. n. 3.* Beccius *Consil. 73. n. 9.* Corneus *Consil. 333. n. 2. vol. 1.* Pruckm. *Consil. 27. n. 35. vol. 1.* Knichen *de sublimi territ. jur. cap. 3. n 322. & seqq. verb. collecta.* Besold. *de arario. cap. 5. in Cons. num. 79.* plures adducere possemus rationes, prout Thomatus *in §. exactis. num. 19. & seqq.* septem collegit, quæ tamen

Pp tanti

tanti non ſunt, ut ob eaſdem tempus perdamus, ſed properandum nobis ad finem.

Negantium verò ſequentes :-I. quod nollubi, in libris Feudorum, domino vaſallis ſuis collectam imponere permit-
263 tatur, †& proinde hoc Jus ipſi denegatum intelligatur, *l.ab ea parte.5.in princ.ff.de probat.l. illam.19.ibi: quod nulla conſtitutio ſuper hujusmodi collatione poſita eſſet.C.de collat.Nov.2.cap.3. Nov.18.cap.5. l.diſſentientis.5.ibi: nulla juris præcipit conſtitutio.C.de repud.l. & ſi quis 14.§.Divus.ibi: pœnam tamen ſtatutam non eſſe.ff.de relig.& ſumt.fun.* Donell *lib.4.Comm.Jur.Civil.cap.8.*Heig.*part.1.quæſt.18.n.17.* Dn. Socer Harpprecht. *§.feræ.12.n.20.Inſt. de rer. diviſ.* maximè cum
264 etiam in dubio † contra contributionum onera judicari debeat, Corneus *Conſ.194.n.8.vol. 4.* Beccius *d. Conſ.73. in fin.* Surd. *Conſ.234.n.20.*Fab.de Anna *Conſ.59.n.83.*Cacheran.*deciſ.4.n.5.& 6.*
265 & libertas † inprimis favorabilis exiſtimetur, cui plus quam vel pupillo vel Reipublicæ favendum, ſcripſit Nevizan. *Conſ. 12.n.184.inter Conſ.*Alberti Bruni, Beſold.*d.loc.n.109.*.
266 II. quod Jus vaſallagii † ſubjectionem, cujus ratione collectæ & munera imponantur, *l.reſcripto.6.§.fin.ff. de mun. & hon.l. civilia.1.ibi: pro modo fortunarum.C. de mun. patrim. lib. 10.* Schurf. *Conſ.44.n.11.cent.1.*Fichard.*Conſ.134.n.4.volum.2.* non operetur, *c.cæterum.10.de judic.Clem.paſtoralis.de ſent.& re judic.* Natta *Conſ. 313.n.4.& Conſ.445.n.9.*Crav.*Conſ.912.n.15.*Menoch.*Conſ.721.n.40. vol.8.*Weſenbec.*Conſ.1.n.57.volum.1.*Molin.*in Conſuetud.Pariſ.tit. 1.de fiefs.§ 1.gloſſ.5 verb.le fiefs.n.45.& § 33 gloſſ.1.verb.droict.de relief. n.105.*Roſenthal.*de feud.cap 5.concluſ.78.n.5.*Sola *in Conſtit.Sabaud. in proam.decret.gloſſ.2.n.15.*Bocer.*de collect.cap.4.n.14.* niſi † ſimul
267 vaſalli & ſubditi ſint, Beſold.*d.loc.n.102.& ſeqq.*
268 III. quod vaſallus † perſonalia ſervitia, ratione feudi, præſtare teneatur, & proinde ad collectas cogi nec debeat, nec poſſit, das Nobiles vaſalli jhre Lehengüter/ die ſie mit jhrem Leib zu verdienen pflichtig zu verſteuern nicht ſchuldig. gloſs.*in l. honorem. 10.ff de mun.& honor.* Andr.de Iſernia *in c.un.verb. & plauſtrorum. quæ ſint regal.* Jacob.de S.Georg.*de homag.n.41.*Natta, ſibi contrarius, *Conſ.460.n.16 volum.2.*Cothman.*Conſ 11.n.32.volum.1.& Conſ. 4.n.296.cum ſeqq.volum.4.*Choppin.*de doman.lib.1.cap.14.n.10.*Roland.

land. à Valle *Conf. 61. n. 8. volum. 4.* Burfat. *Conf. 161. num. 15.* Albert. Brun. *Conf. 103. n. 32.* Surd *Confil. 135 n. 12. & feqq. vol. 1. & Conf. 234. n. 28. vol. 2.* Francifc. de Claperiis *in decif. cauf. fifcal. cauf. 42. quæft. 1. n. 13. & 37.* Heig. *d. loc. n. 22.* ne † quod legibus prohibitum, duplici 269
gravetur onere, *l. navis. 4. §. cum autem. 2. verf. quid ergò. ff. de L. Rhod. de jact. l. Titia. 31. §. qui invita 5. in fin. ff. de leg. 2. l. pen. ff. de dot. praleg. l. bona fides 57. ff. de Reg. Jur. l. privata. 10. C. de excuf. mun. lib. 10. l. ult. C. de fund. limiroph. lib. 11. c. 83. de R. Jur. in 6.* quod ufq; adeò verum eft, ut nec propter maximam quidem inopiam aut infolitam neceffitatem vafallus, ratione five refpectu feudi, collectas folvere teneatur, eam ob caufam, quia illa immunitas, quod vafallus ratione feudi five bonorum feudalium collectas folvere non cogatur, eft conceffa vafallo non gratuitò, fed propter onus, fivè in remunerationem onerofórum fervitiorum perfonalium, quæ vafallus domino ratione feudi præftare tenetur. Et certum eft, quod immunitas de non folvendis collectis alicui conceffa ex caufa non gratuita, fed onerofa, ita intelligenda fit, ut habeat locum, etiamfi collecta imponatur propter magnam quandam & infolitam neceffitatem, Joh. Bapt. Caccialup. *in l. omnes populi. n. 181. ff. de Juft. & Jur.* Nevizan. *Conf. 66. n. 44.* Alciat. *Conf. 80. n. 5. Conf. 168. n. 11. & Conf. 355. in fin.* Natta *Conf. 397. n. 9.* Parif. *Conf. 69. n. 5. vol. 1.* Rol. à Valle *Confil. 5. n. 53. volum. 1. & Conf. 76. n. 13. volum. 2.* Mynfing. *decad. 15. Conf. 1. n. 6. & 7.* Modeftin. Piftor. *Conf. 9. n. 43. & feqq. volum. 2.*

IV. quod ficut † principibus & Statibus Imperii onus 270
collectas ex fuis Cameris & proventibus folvendis hodie remiffum, ita quoq; vafalli ratione bonorum feudalium, à territorii dominis ipfis conceſſorum, & quorum refpectu feudalia præftent fervitia, im̃unes erunt: cum fi domini ea adhuc poffiderent bona, à collectis omnibus libera & exemta effent. Etenim quod † principes non teneantur ad ejufmodi onera fu- 271
ftinenda, juri communi etiam confentaneum eft, *l. privata. 10. l. fin. C. de excuf. mun. lib. 10. l. 1. C. de fund. patrim. lib. 11. l. 1. & l. ult. C. de privileg. dom. Aug. lib. 11.* Nos *Conf. 30. n. 83. & feq. vel. 1.* Ex quibus locis apparet, Imperatorum prædia privata, ob neceffitates etiam publicas, extraordinariis muneribus non effe fubjecta. Et proinde confequitur, quod etiam vafallorum bona, non

secus ac si principes adhuc possiderent, immunia sint & exemta, † maximè si servitia feudalia præstent, & præterea oneroso
272 emtionis titulo, prout hodie, quicquid etiam Thomatus, *d. §. exactis Ecclesiasticis. n. 20. vers. non obstat ratio adducta.* dicat, ut plurimum fieri solet, feuda ista acquisiverint, Caccialup. *d. loc.* Ruin. *Consf. 196. n 8 volum. 1.* Castrens. *Consf. 317. n. 8. volum. 1.* Cacheran. *decis. 39. n. 21.* Sixtin. *lib. 2. de Regalib. cap. 14. n. 136.* Besold. *d. loc. num. 99.*

V. Accedit, quod diversis Imperii Recessibus specialiter
273 & expressè statutum, ut qui virtute † privilegii sui specialis immunes sunt, ab onere collectarum immunes maneant, nec noviter gravari debeant, R. A. de anno 1548. §. Wann auch ein außgezogener. & de anno 1555. §. Damit auch ferner. circa finem. Mynsing. *decad. 15. Consf. 1. n. 39.* Et cum vasalli hactenus semper tales fuerint, sequitur necessariò, quod & vigore suorum privilegiorum & servitiorum corporalium causa, nec non ob sacratissima Invictissimorum Imperatorũ rescripta, & Novel-
274 las † constitutiones, quæ semper, ne Juri comuni derogent, interpretandæ, *l. 2. & ibi* Bart Bald. & Dd. *C. de noxal. act. l. 1. §. lex Falcidia. & ibi* Bart. & Alex. *ff. ad L. Falcid. l 1. vers. ex iis. & ibi* Bart. *ff. ad Municip. c. cum dilectus. & ibi* Anton. de Butrio & Dd. *de consuetud.* Jason *in Auth. præterea. n. 14. C. unde vir & uxor.* Mynsing. *decad. 15. respons. 1 n 23. & 31.* etiam semper tales habendi sint, nec rescri-
275 pta Imperialia † in dubium trahi debeant. *l. sacrilegi 5. C. de divers. rescript. l. qui divina. 1. & l. disputare. 3. Cod. de crim. sacril.* Lips. apud Mundium *Consf. 30. n. 74. & 82. volum. 1.*

VI. quod vasallus ad certa servitia militaria vel aulica, pacis vel belli tempore obeunda, obligatus, in nullo præterea
276 teneatur. Cui enim bono facta esset determinatio † servitiorũ, si in aliis causis liberum maneret domino, similiter onera imponere, gloss. *in c. un. §. fin. de capit. qui cur. vend. 2. Feud. 51. arg. l. cum prætor. 12. ff. de judic.* Jacobin. de S. Georg. *verb. dictiq, vasall. promiss. debita servitia. n. 28.* Jac. de Leonh. inter Consf. Bruni, *Cõs. 117. num. 72. & seqq.* Amed. de Ponte Lombriasci *quæst. laudem. 3. & 18.* Heig. *part. 1. quæst. 18. num. 12. & seqq.* ita Domini Lipsien-
277 ses † in causa der sampelichen Ritterschafft im Ampt Heringen / Mense Septembr. 1636. Ob nun wol ihr / als ihrer Gnaden

Lehen-

Lehenleut in solche Contribution auch eingezogen werden wollet/ dieweil jhr aber dennoch dem Lehenherrn ohne das zu Lehen vnnd Ritterdiensten verpflichtet / vnnd also mit zweyen oneribus nicht belegt werden möget/ dergleichen euch auch sonsten hiebevor niemals angemuthet worden. So möget jhr auch vor dißmal/ wider ewern willen/mit einiger Contribution nicht belegt werden/ V.R.W. Benedict. Carpzovius *Jurisprud. forens. Romano-Saxon. part 3. constit. 28. defin. 19. n. 16.*

Non obstant quæ pro Affirmante adferebantur sententia. Non primum: Non enim valet † argumentum ab usufructuario ad vasallum, nisi utrimq; eadem adsit ratio, Rosenthal. *de feud. cap. 1. conclus. 11. n. 3.* hoc autem in casu nostro diversa omninò subest ratio: Usufructuarius enim fundo † gratis utitur, nec proprietario, ut vasallus suo domino, servitium aliquod præstare tenetur. Adhæc vasallus ipsius principis bonis, quæ, per hactenus dicta, libera sunt, fruitur, & ob ea collectari nequit, Besold. *de ærar. cap. 5. in Consil. num. 113. & 114.* quod si tamen bona allodialia † possideant nobiles, vel paganica, Bawerngüter/emant, annexa quoq; eis onera ferre debent, Festas. in terminis *de æstimo & collect. part. 4. cap. 3. n. 21. & seqq.* cum & Ecclesia † emtrix id facere teneatur, *c. si tributum. 11. quæst 1. c. tributum. 23. quæst. 8.* Surd. *decis. 262. n. 4.* Natta *Cons. 460. n. 16.* Crav. *Cōs. 642. n. 4.* Menoch *Cons. 444. n. 22. vol. 5.* Non enim in tali casu ut Nobilis, aut dominus loci, sed ut possessor & emtor bonorum rusticorum consideratur: si ergò vult antecedens, † consequens etiam velit necesse est, *l. ad rem mobilem. 56. l. ad legatum. 62. ff. de procurat. l. illud. 77. ff. de acquir. hered.* Cornel. Benincas. *de paupert. & ejus priv. quæst. 3. n. 28.* Jacob. de S. Georg. *de homag. verb. circa istam materiam. n. 41.* Crav. *d. loc. n. 21.* Knichen *part. 2. de Vestitur. pact. c. 3. n. 100. usq. fin,* & quemadmodum nobilis bona paganica possidens † collectis non imeritò subjugatur, ita quoq; subditi ejus domino ad contributiones obligantur, cum hoc Jus reservatū, & in vasallū, qui tantū respectu sui feudi, seiner Tafelgüter wegē / immunis, non translatum censeatur, Roland à Valle *Cons. 1. n. 102. vol. 2 & Cons. 4. n. 47. vol. 3.* Surd. *Cons. 210. n 58. volum. 2.* Bocer. in terminis *de collect. cap. 4. n. 22.*

278

279

280

281

282

283

Nec secundum: illud enim in tertia decidendi ratione

jam fuit refutatum, simulq; ex Mynsingero demonstratum,
284 quod illa communis Doctorum theorica † minimè locum habere possit, quando imunitas ex onerosa causa procedit, Mynsing. *decad. 15. respons. 1. n. 24.* Neq; hic, an vasalli immunes sint,
285 sed potius † anne duplici onere servitiorum feudalium puta, & extraordinariæ contributionis munere, quod nos negamus, prægravari debeant, disceptatur, Besold. *d. loc. n. 117.*

286 Nec tertium: Specialis namq; extremæ † necessitatis casus, qui omnes Juris terminos, & privilegia omnia transilit, hic deprehenditur, dum Mahometicolæ, Rege Galliarum adjuti, immensa vi, Romanum Imperium adoriebantur, eiq; omnia extrema minitabantur: cui proporrò etiam extrema opponenda: & à summis, infimis privilegiatis, non-privilegiatis manus auxiliares porrigendæ, R. A. de anno 1544. §. Das auch solche Hülff. & §. Und insonderheit ist auch. quod autem
287 in certo casu est cautum, † ad consequentias, & extra illum casum, non est producendum, *l. quod verò. 14. cum seqq. ff. de Legib.*
288 qui enim certum † casum resolvit, de aliis aliter sensisse videtur, *l. quæsitum. 12. §. idem respondit. 43. vers. deniq. ff. de instruct. & instrum. leg.* gloss. *post text. in c. dominus. 32. quæst. 7.* Philipp. Probus *de*
289 *jur. Regal. quæst. 9. n. 3.* & aliàs notum est exceptionem † confirmare regulam in casibus non exceptis, *l. nam quod liquida. 4. §. fin. ff. de penu legat. d. l. quæsitum. 12. § idem. 43. l. cum prætor. 12. ff. de judic. l. tribunus. 20. §. ult. ff. de testam. milit. l. cum ita legatum. 63. ff. de cond. & demonstr. text. & gloss. in Nov. 6. cap. 2. c. dominus. 32. quæst. 7. & c. 2. de conjug. lepros.* Maranta *ad l. is potest. n. 203 ff. de acquir. hered.* Afflict. *decis. 13. n. 9. decis. 239. n. 3. decis. 339. n. 6. decis. 356. n. 2. & decis. 359. n. 7.* Vasquius *lib. 2. illustr. controvers. cap. 51. n. 75.* Coler. *de process. executiv. part. 1. cap. 2. n. 213* Pruckman. *Cons. 46. n. 60. vol. 1.*

Nec deniq; reservatio superioritatis hic quicquam operatur, utpote quæ tantum † Jus reservantis reservat, *l. si quis. 22.*
290 *& ibi* Dd. *ff. de legat. 1.* Ego *Consil. 43. n. 9. volum. 2.* nihil verò novi Juris tribuit, Tiber. Decian. *Cons. 13. n. 81. volum. 2.* Gravet. *Consil. 15. n. 2.* Cum verò Jus collectandi in nostris terminis desit, utiq; etiam nihil reservari potuit, reservatio quippe, reservabile
291 † non reperiens, nihil operatur, ut Jason loquitur *in l. si quis legaverit.*

verit.72.n.2. per illum textum ff. de leg.1. Nos *d.loc.n.99.* Nec ullæ qualitates † non entis esse possunt, *l.ejus qui in provincia.pen.ff.si cert.pet.l.decem.116.ff.de V.Oblig.* gloss. *in c.bona memoria. 23. verb. per rerum naturam.de elect.* Cacheran. *decis.Pedem.34.n.13. & decis. 39.n.11.* Deinde jam non quæritur, an dominus feudi, Jus superioritatis in ejusmodi bonis reservârit, sed id tantummodo dicitur: superioritatem, ut & supremam illam & legibus solutam potestatem non eòusq; extendi, ut contra naturalis æquitatis rationem, duplici quis onere aggravari possit, vel etiam debeat. Nihil enim, † nisi quod justum & æquum est, principi placere præsumitur, *l.fin.Cod.si contra jus vel util.publ. l. digna vox.4.C.de Legib.* utpote qui omnes suos actus ad Justitiam fori & poli formare debeat, neq; aliud voluisse credatur, Bald. *in l.1. n.1.ibiq;* Jason *n.3.ff.de constit.princ.* Gail. *lib.1.Obs.14.n.6.* Wesenb. *Consil.261.n.35. vol.6.* Regner. Sixt. *Consil. Marp.16.n.53. & seq.vol 2.* Neq; † ulla potestas esse possit, quæ contra rectam rationem, legemq; contractus & honestatis aliquid licitè attentare queat, Besold. *d.loc.num.118.* Nos *Consil.1.* ibiq; Altorfiens. in subscript. *volum.1.* 292 293 294

Ægidii Thomati septem argumenta quod spectat, ea communiter & jam dudum sunt reprobata, eamq; ob causam neq; tenenda, neq; sequenda. Judex siquidem † in judicando communem & receptam Doctorum opinionem, modò legibus & rationibus suffulta sit, sequi debet, Johann. Andr. *in c.1. de constit.* Panorm. *in c.Capellanus.col.1.& seq.de feriis.* Decius *Cons.259. n.4.* Bursat. *Consil.250.n.12.* Francischin. Curt. *Consil 303.n.55.& Consil.323.n.20.volum 3.* Knichen *de nostri ævi Juridicina. §.sic in materia extensiva.* quicquid etiam Rennemannus in appendice, & *tot.tract.de retorsionib.* magis mordendi & vani ingenii ostentandi, quam veritatis, causa, contra deblateret: Usq; adeò ut qui contra talem † communem opinionem judicat, & imperitus præsumatur, & litem suam faciat, atq; parti læsæ ad id, quod interest, condemnetur, *l.1.vers.& sanè crebrior ff.de off.quæstor.c.1. c.ne immutaris.5.ubi* Panormit. *de constitut.* Jason *in Auth.novissima.n 22.C.de inoffic.testam.* Mynsing. *decad.15.respons.1.num.3. & 4.* Schrader. *inter diverss.Cons.40.n.65.volum.1.* Gôdelman. *lib.3. de magis & venefic.cap.5.n.28.* Gœdd. *Cons.Marpurg.27.n.62.vol.3.* Nos *Consil.* 295 296

Conf.55.n.100.& seqq.volum.2. Deinde Thomati rationes procedunt tantum in bonis allodialibus, & summæ † atq; extremæ
297 necessitatis casibus, quibus omnes, etiam maximè privilegiati, contributiones solvere, & munera subire coguntur, R. A. de anno 1495. Von dem gemeinen Pfenning. de anno 1500. de anno 1542. §. Und nemblich sollen alle Churfürsten. de anno 1544. §. Und nemblich sollen alle. de anno 1576. §. Und nach dem diese. de anño 1582. §. Und demnach sollen die Unterthanen. & §.seq. de anno 1594. §. Demnach sollen alle Unterthanen. Jason *in §.Serviana.n.107. Inst.de Action.* Alexand.*Conf.216.n.21.vol.2.* Gardin. Parif.*Conf.68.n.14.volum.2.* Alciat.*Conf.8.in pr.* Rol.à Valle *Conf.5.n.26.vol.1.& Conf.76.n.7.& seqq.vol.2.* Mynsing.*d.loc.n.9. 10.& seqq.* Et sanè si vasalli nobiles, existentibus talibus evidentis necessitatis casibus, se subducere vellent, & contra rationem, & commodum proprium laborarent: dum propter minus incommodum sibi maximum, & patriæ etiam ruinam atq; perpetuam servitutem suo quasi jumento attraherent. Huic verò ut maturè obvient, extrema tentare, & privilegia sua, ad tempus, suspendere, & susq; deq; habere, & largiter contribuere debent, *l.jubemus nullam.10.ubi* Bald.*C.de SS.Eccles.l.1.C. ut nem.lic.ab emt.spec.lib.10.* Jason *in l.si ex toto.in princ.n.12.ff.de leg. 1.* Mynsing.*cent.4.Obs.70.n.1.& seqq.* Heig *part.1.quæst.18.n.26.& seqq.* Menoch.*Conf.1201.n.59. vol.13.* Besold. *Conf.79.n.65.volum.2.*
298 Marpurg.*de collect.n.151.& seqq.* Neq; verò novum est † aliquem ex diversis causis & obligationibus ad duplices præstationes teneri, Thomat.*d.loc.§.exactis.n.19.* Roland.à Valle *Consil.1.n.155. & seqq.volum.1.* Natta *Conf.114.n.13.volum.1.& Conf.312.n.6.vol.2.*
299 Necessitas siquidem † omnes leges, & privilegia omnia tollit, *d.l.jubemus.10.& l.neminem.11.C.de SS Eccles.cum simil. l.2. Cod. de quib.mun.vel præstat.nem.lic.se excus.* & proinde etiam in vasallis
300 licitum † facit, quod alias illicitum fuisset, Heig.*d.loc.* Roland. à Valle *Conf.80.n.2.volum.3.* Natta *Consil.63.n.5.vol.1.* Marpurg.*d. loc.n.57.& seqq.* Bocer.*de collect.cap.4.n.18.19.20.& 21.* Quemadmodum autem hactenus generalem hanc Affirmativam pro-
301 pugnavimus regulam: quod nimirum † omnes res, sive Mobiles, sive Immobiles, ex quibus fructus quæstusq; percipitur, muneribus & contributionibus subjiciantur, *arg.l.forma.4.ff. de cen-*

*de censib.l.fin.Cod.de imm.nem.conc lib.10.*Laudens. *de fisc.quæst.75.* Thomar.*de collect.§.exactis.n.6.& §.ult.n.12.& seqq.* Wesenbec. *Cons.103.n.22.vol.3.*Bes.*de ærario.cap.4.n. 18.vers.2.* ita vicissim, à contrario sensu,†quod argumentum in Jure fortissimum est,& 302
mens legis dicitur, *l.quæcunq;.1.vers.huius rei.ff. de offic. eius cui.l. qui testamento.20.§.mulier.6.ff.qui testam.fac.poss.* Everhard. *loc. à contrario sensu.n.22.*Matth.Stephani *lib.2.Topic.Jur.loc. à contrar. sens.29.n.1.*Ego *de diffamat.c.2.§.3.n.89.* jam hanc Negativam extruimus regulam: quod nimirum omnes res,quæ non fructificant, oneribus & collectis eximantur : Et est utriusq; regulæ par ratio: quod nimirum † Munera magis fructuũ, quam pro- 303
prietatis,sint onera, *l.neq;stipendium.13.ff.de impens. in res dot.fact. l.usufr.7.§.quoniam.2.vers.quoniam & alia.l.si pendentes 27.§.si quid 3.ff.de usufr.l.fructus.13.C.de act.emti.l.vacantes.1.& l. as quidem.2. C.de annon.& trib.lib.10.l.fin.ubi* Bald.&Salicet.*C.sine censu.* Wes. *d.loc.*Mynſ.*decad.15.respons.1.n.30.*Crav.*Cons.497.n.5.* Gratiã.*decis. 20.n.4.*Valasc.*de Jur.Emphyteut.quæst.17.n.2.* Marp. *d.loc.n.488.*

Res autem,quæ fructum non ferunt,sunt itidem vel Mobiles,vel Immobiles. Mobiles sunt I. Pecunia†otiosa, quæ in 304
arca reposita, ut materia sterilis,fructum non parit, per rerum siquidem naturam fieri non potest, ut pecunia pariat pecuniam, Aristot.*lib.4.Ethic.cap.1.& lib.1.Polit.cap.6.& 7.c.3.& 4.de usur.l.senatus.1.ff.de usufr.ear.rer.*Navarr.*in c.si fœneraveris.in princ. 14.quæst.3.*Ambros.de Vignate *de usur.n.239.*Donell.*de usur.c.1.in princ.*Munnoz de Escobar *de ratiociniis.part.2.comput.16.n.13.* Nos *Cons.66.n.36.165.& seqq.& n.377. & seqq. vol.3.* unde cum † com- 305
modum ex ea non percipiatur,etiam incommodum & onus eandem sequi non debet, *l.ab eo.9 l.quidam.31. C.de fideicomm.*Polit. *in compend.substuut.n.32.* Gomez *lib.1.var.resolut c.12.n.14.*Pruckman.*Cons.19.n.17.vol.2.* Fürstl.Sächs.Außschreiben vñ Erklärung/ welcher gestalt die bewilligte Stewer zu erlegen. sub dato 23. Octobris 1595.tit.5.ibi: Geld das nicht wirbt.

II. Nomina † incerta,& inexigibilia,si actio & petitio ad ea 306
consequenda in persona instituitur,*l.forma.4.§.si cum ego.4.ff.de censib.*Boc.*de collect.c.10.n.65.*Nos *supra hoc c.§.nomina.n.191.*ut potes[t] quæ nec per se,neq; etiã ratione usurarũ & interesse, quicquã utilitatis adferant. Cum autem † creditor tantum in bonis 307
habeat,quantum,debitore non solvendo facto, exigere potest,

 l.pre-

*l.pretia rerum.65.§.cujus.debitor.1.ff.ad L.Falcid.*Bald.*in l.ad instructiones.C.de SS.Ecclesf.*Socin.jun.*Consf.33.n.12.lib.3.* Rota Genuens. *decis.156.*Natta *Cons.418.n.7.*Regner.Sixtin.*lib. 2. de Regal.cap.14. n.156.& seq.* Johann Matthias *de contribut.cap.5.n.38. & seqq.* Bes. *Cons.234.n.17.volum.5.*Marpurg *d.loc.n.492.* & ab istiusmodi no-
308 minibus,hoc præsertim turbulentissimo tempore, planè † nihil vel exigendum,vel etiam sperandum,utiq; etiam , ut sterilia,& fructum non ferentia,imò ut planè non existentia , habenda erunt,*l.si se non obtulit.4.§.condemnatum.6.ff.de re judic.l. tabularum.2.§ si quis.8.ff.quemad.testam.aper.l non putavit 8.§ non quavis.2.ff.de bon.poss.sec.tab.c.non præstat.de R.J.in 6.* Uran.*Cons.39.n. 19.tom.2.*Cravet.*Cons.216.n.12.*Farinac.*lib.1.prax.Crimin.tit.1.quæst. 7.n.65.*Borcholt *de feud.cap.8.n.80.* Nos *de diffamat. cap.3. n.91. &*
309 *cap.5.§.6.n.133.*maximè cum talia † nomina habens non solvendo credatur, Coler.*de process.executiv.part.1.cap.6.n.131.*

310 III. Ornamenta † tam virilia, quam muliebria , qualia sunt catenæ & annuli aurei, margaritæ & lapides pretiosi, nec non pocula & vasa argentea & similia,ex quibus sola pompa& inanis gloria, nulla verò realis commoditas percipitur , *arg.l. obligatione.6.in fin.cum l.seq.ff.de pignor.& hypothec.l. argumento. 25. §.vittæ.2.ibi: ornamentum magis.cum l seq.in fin.ff.de aur.arg.mund. leg.* R.A.de anno 1541. §. Doch sollen in solchen Anschlag. & de anno 1544.§. Doch sollen in solchen. Lucas de Penna *in l.agros.3. C.de fund.limitroph.lib.11.*Matth.de Afflict.*in c.un.verb.plaustrorum n.23.& 26.quæ sint regal.*Natta *Cons.418.n.6. & 7.* Cravet. *Cons.497. n.3.*Roland.à Valle*Cons.66.n.18.volum.1.*Mynsing.*decad.15.respons. 1.n.29.& seq.ibi:* Zum andern halt ich es dafür/ daß die vom Adel im Ertzstifft M. beydes vermög der gemeinen beschriebenen Rechten / vnd der ReichsAbschieden von jhren vnd der jhren gülden Ketten/gulden Ring/Item der Barschafft/so sie in dem Kasten ligen haben/vnd andern jhren Gütern/beweglichen vnd vnbeweglichen/darvon sie kein Einkomen oder Nutzung haben/keine Reichs/ keine Kreiß / auch keine Landstewer zu geben oder zu erlegen schuldig. Regner.Sixtin.*lib.2.de Regal.cap.14.n.140.*Bocer.*de collect. cap. 10.n.67.*Besold.*de ærario.public.cap.4. n.18. vers. 2. circa fin.& cap.5. Cons.2.n.17.& Cons.234.n.17.volum.5.*Joh.Matth.*de contribut.cap.5. n.14.*

n.14.& seq. Rovenstrunck *de contribut. n. 39. ibiq;* Marpurg. *n.486.* Inferunt hic quidem aliqui, & intereos Lucas de Penna *in l. fin. n.17. vers. videtur autem. C. de quib. mun. lib. 10. eumq; sequens* Carol. Tapia *in Rubr. de constit princip. cap. 4. n. 44.* etiam talia ornamenta, ad exemplum † Catonis, de quo Livius *lib. 39.* ait: in 311
censibus capiendis asperâ in omnes censurâ fuisse: ornamenta, vestem muliebrem, & vehicula, quæ pluris, quam quindecim æris millium fuissent, in censum referre viatores jussisse &c. in æstimum referenda & æstimanda esse, quò scilicet minus oneris ad plebem veniret, Festas. *de æstim. & collect part. 1. cap. 1. n. 27.* Besold *de ærar publ. cap. 4. n. 18. vers. 2. in fin.* Verùm cum tales & similes res † fructum non ferant, ut ut in æstimum referantur, 312
nulla tamen de iis collecta solvetur, *l. forma. 4. ff. de censib.* Socin. jun. *d. Cons 33. n. 12. vol. 3.* Thomat. *de collect. §. subjiciunt. n. 31. & §. pauperes. n. 9.* Mynsing. *d. loc. n. 30.* Cothman. *Cons. 11. n. 165. volum. 1.* Marpurg. *d. loc. n. 487.* Fürstl. Sächs. Stewerordnung/vnd deßwegen ergangenes Außschreiben/de dato Coburg 23. Octobr. 1595. tit. Die Räth der Städt vnd derselben Burger.

IV. Salaria † Officialium, de quibus d. F. S. Stewer- 313
Ordnung tit. Räth vnd Diener zu Hof. 4. in fin. ibi: Aber die Stewern von eines jedern Besoldung/sollen die Diener an vnserm Hof/in vnsere Rentheren/die andern vffm Land/an die Oerter/daher sie dieselbe bekommen/ antworten. meo quidem judicio minus rectè, munera exigit, cum tamen aliàs Officiales & Consiliarii † à contributionibus reliquisq; muneribus extraordina- 314
riis immunes sint, gloss. *in l. honorem. 10. ff. de mun. & honor.* Guilielm de Cuneo *in l. munerum. C. de SS. Eccles.* Mynsing. *decad. 15. respons. 1. n. 36.* Salaria quippe † juxta præscriptum divinum, Ec- 315
clesiast. *43.* Ezech. *44.* Matth. *10.* Luc. *10.* *1.* Corinth. *9.* apostata Winterus *in Cons. de re monetar. ad Herbipoles. ratione dubit. 10.* ad necessariam sustentationem ministris porriguntur, quibus proinde non lucrum exercent, sed se suosq; miserè sustentant & alunt, *l. non omne. 5. in pr. ff. de pen. leg. l. Pomponius 8. §. sed & fin. in fin. ff. fam. hercisc. l. Sejæ. 20. §. Pamphilæ. 6. ff. de instr. vel instrum. leg. l. quod si. 3. in fin. ff. de in rem vers.* & proinde, cum hæc necessaria † 316
corpori ipsis non subtrahenda, contributionibus & muneribus excidunt, *l. suo victu, 18. l. pen. ff. de oper. libert, c. non mediocriter.*

de consecrat.dist 5. Regner.Sixtin.*lib. 2 de Regal.cap.14. n. 91. & seq.* Petrus de Ubaldis *de collectis.n.12.* Roland. à Valle *Cons. 66. n.23. volum.1.* Thomat.*de collectis.§.exposuimus.num 11.* quod si tamen
317 † lucrum & quæstum salariis suis faciant, non eorum, sed negotiationis & fructus inde provenientis respectu, onera quoq; justè ferent, Petrus Gregor.*lib.3.de Republ.cap.4.num.3.* Besold.*de ærario.cap.4.vers.14.in princ.* Döring.*in verb. ærarium.n.103. & 144.* Neq; verò nos movere debet, quod supra attigimus, servos quoq; & ancillas de suis mercedibus aliquid contribuere cogi; Illud enim in casu excepto, extremæ nimirum necessitatis, tantum loquitur, & proinde in consequentiam trahendum non est; exceptio quippe firmat regulam in casibus non exceptis, *l.Labeo.ff.de supell.leg.* Johann.Bruggeri *inter divers. Cons.37. n.33.volum.1.cum simil.*

318 Immobiles sunt I. Loca deserta † & sterilia: quæ licet, antiquum obtinens, Thomatus *de collect.§.retenta.n. 12. & seqq.* muneribus & contributionibus subjiciat: tum quod omne
319 territorium † censendum, sterile & opimum, *l.omne territorium. 4.C.de censib.lib.11.* tum quod qui fertile prædium, quod sterile hactenus sustentare consueverat, alienat, & exinde hoc inutile reddit, nihilominus, licet fructus non percipiat, præstationi munerum patrimonialium, pro inutili quoq;, obstrictus ma-
320 neat, dominio scilicet † causam obligationis dante, *l.si quis.2.C.*
321 *de omni agro desert.lib.11.* tum, quod, † sicut si quis vites vel arbores exciderit, nec causam excidendi probet, licet fructuum utilitate privetur, onera census nihilominus agnoscere debet, ita & is qui sterile aut desertum habet prædium, *l.forma.4.§.illam.1. in fin.ff.de censib.* tum quod qui sterilia habet prædia & deserta, facultates licet tenues habeat, & proinde pro iisdem munera
322 civilia sustinere debeat, pro modo siquidem † fortunarum talia sustinentur, nec ususfructus vel possessionis, sed dominii causa inspicitur, *l.civilia.1.C. de mun.patrim.lib. 10.* tum quod omnia
323 prædia † pro collectis tacitè sint obligata, Jason *in l. apud Julianum.§.heres.ff.de leg.1.l.universa.1.l.certum est.2.C.in quib. caus.pign. vel hyp.tac.contrah.* Thomat.*d.loc.§.exactio.n.48. vers.septimò facit.* & consequenter etiam deserta, omne enim qui dicit nihil exclu-

excludit, *l. Julianus ff. de leg. 3. c. solita. de major. & obed.* Bald. *in l. fin. post* gloss. *C. sine cens. vel rel. qu.* Witemberg. *inter diversf. Consf. 1. n. 139. vol. 2.* Lipsiens. *ibid. Cons. 52. n. 7.* & generalia † verba generali- 324
ter sunt intelligenda *l. si servitus. 23. in fin. princ. ff. de serv. urb. prad. l. hic titulus. 1. §. generaliter. 1 ff. de leg. prastand. l. item apud. 15. §. generaliter. 27 ff. de injur.* Crav. *Cons. 3. n. 1. & seqq.* Heig. *part. 1. quast. 36. n. 59.* Ego *Cons. 31. n. 19. & 100. vol. 2.* licet in uno † casu major, quam in al- 325
tero, urgeat ratio: *l. prætor ait. 1 ff. de aleat.* Thomat. *d. loc. num. 13.*

Nihil tamen agit, tum quod munera † sint onera fru- 326
ctuum, *l. usufructu. 7. §. quoniam. 2. vers. hactenus. l. si pendentes. 27. §. si quid 3. ff. de usufruct. l. as quidem. 2. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Cum autem in agris sterilibus fructuum emolumenta desint, † ob 327
sterilitatem, quasi paupertatem, collecta quoq; ejusq; obligatio cessabit, *l. quod dictum. 32. ff. de pact. l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patron. l. forma. 4. ff. de censib. c. cum cessante. 60 de appellat.* Alb. de Ros. *in Rubr. n. 102. ff. de mun. & honor.* Lucan. *de fisco & ejus privil. part. 3. §. 1. n. 13. vers. item qua sunt.* Bellon. *Cons. 12. n. 7.* Sixtin. *de Reg. lib. 2. cap. 14. n. 89* Besold. *de arar. cap. 5. in Cons. n. 15. ibi*: **Wie dann auch die unfruchtbare Güter/in die Anlag nicht leidlich zubringen/sondern vornemblich auff den Jährlichen Eintrag deß vermögens achtung zugeben.** Zoer. *in decis. quast. 11. n. 827.* Marpurg. *d. loc. num. 487.* tum quod possidens fructusq; † suos faciens annonas 328
quoq; solvere debeat, *d. l. as quidem. 2. C. de annon. & trib. lib. 10.* sterilia autem possidens fructibus careat, & proinde etiam muneribus & oneribus eximendus sit: utpote qui nihil habeat, † & 329
sic etiam nihil dare possit, *l. traditio. 20. ff. de acquir. rer. dom. c. gratis. c. Daibertum. 1. quast. 7. c. cum tu. de usur.* jocosè Bartol. *in l. si universa. 15. C. de legat.* mal da, chi non ha. Bertr. *Cons. 470. n. 5. volum. 4.* Tiraquell. *de Nobilit. c. 35. n. 1.* Menoch. *Cons. 32. n. 50. & Cons. 64. n. 26. vol. 1.* Barnab. Cornazzan. *decis. Lucens. 10. n. 7. & decis. 60. n. 6.*

——— nec dare quisquam,
Quo caret ipse, potest. ———

Gunther. *lib. 6. Ligurin. vers. 631. d. l. si universa. C. de legat. c. quod autem. de jure patron.* Martin. ab Azpilcueta *lib. 1. tit. de major. & obed. Cons. 10. n. 4. tom. 1.* Nos *de diffamat. cap. 7. n. 33.* tum quod, ô utinam observarent insipidi nostri peræquatores! licet munera imponantur † reb⁹, respectu ipsarum rerũ, *l. rescripto. 6. §. fin. cum* 330

ibi notat.ff.de mũ.& hon. Imola *in l.apud Julianum.39.§.heres.ff.de le-*
331 *gat.1.* respectus tamen † potius ad fructus & reditus, quam ad rei valorem, haberi debet, sic ut hisce pereuntibus, & non perceptis, onera quoq; quiescere, nec extorqueri possint aut debeant, Bald. *in l.ad instructiones Codic.de SS.Eccles.& in l.acceptam.*
332 *quæst.ult.C.de usur.* unde si agri portio † chasmate perierit, debebit per censitorem relevari; si vites mortuæ sint, vel arbores aruerint, iniquum eum munerum inferi censui, *l.forma.4.§.illam æquitatem.1.ff.de censib.* Natta *Cons.418.n.ult.volum.2.* Joseph. de Sesc *decis.7.n.5.volum 1.& decis.129.n 4.volum.2.* Thomat. *de collectis.§.subjiciunt.n.31.§.pauperes.n.9 §.retenta.n.14.& §.vendentes.n.6.& seq.* Feltas. *de æstim.& collect.part.1.cap.1.n.30.& seq.* Mynsing. *decad.15.responsf.1.n.50.* Wesenbec. *Cons.215.n.42.volum.5.* Et his positis, non erit difficile ad rationes Thomati respondere: Nam ad primam dicitur, legem illam loqui in uno eodemq; pos-
333 sessore sterilium & opimorum † prædiorum, qui quo fiscus indemnis habeatur, sterilia opimis compensare, & sic contributiones solvere debeat, quò hæc illorum onera supportent: nõ autem de diversis possessoribus, quod, præter objectam legem, etiam *l.qui fundos.9.& l.qui per potentiam.10.C.de omni agro desert.lib.10.* expressè innuunt, Bart. *in l.qui utilia.5. ibi: utilia Reip.loca possident.permixtione facta etiam deserta suscipiant.C.eod.tit.* nec hoc absq; ratione, fertilia siquidem sterilium nervi nuncupantur: & sicut in corpore humano imbecillis caro per nervos conservatur, ita sterilia prædia per fertilia, ut inquit Bart. *in l.si quis.11.C.eod.tit.* Quod si verò alter fertilia possidens, alterius sterilitatem supplere cogeretur, & contra Christianam charitatem, & naturalem rationem & legum dispositionem, quæ ne-
334 minem alterius causa † prægravari sinunt, ageretur, *l.legatorum petitio.33.in princ.ff.de leg.2.l.si creditores.18.C.de pactis.l.fundos.10. C.de fund.patrim.l.ult.C.de annon.& tribut.lib.11.& tot.tit.C.de cens.& censitor.l.jubemus.ult.C.de omni agro desert.lib.11.l.un.C.ut nulli ex vican.lib.11.* Feltas. *de æstim.& collect.part.1.cap.1.n.27.& seq.& part.4.cap.2.n.67.* Wesenbec. *Cons.215.n.18.volum.5.* Antib. *de muner.part.princ.3.§.2.n.46.* Nos *Cons.30.n.20.volum.1.* Nemini siquidem per alterum iniqua conditio debet inferri, *l.iniquissimum.5.ff.*

de jur.

de jur. & facti ignor. Gail. *lib. 1. Observ. 70. n. 19.* Nec Imperator † 335
sustinet aliorum onus ad alios deferri, *Nov. 43. cap.* 1. Marpurg. *d. loc. n. 316. & seqq.* Petrus de Ubald. *de collectis, n. 18.*

Secunda quoq; ratio nihil juvat, res namq; † quævis cum 336
omni sua causa, conditione & qualitate, vitiis & onere transit, *l. si convenerit. 18. §. si fundus. 2. ff. de pignor. act. l. alienatio. 67. l. cũ manu fata. 80. ff. de contrah. emt.* Thomat. *in terminis de collectis. §. exactio munerum. n. 31. & 43.* Festas. *de æstim. & collect. part. 4. cap. 1. n. 51.* Riminald. *Cons. 40. n. 10. & Consil. 754. n. 29.* Cravet. *Cons. 217. n. 5.* Wesenbec. *Cons. 338. n. 230. volum. 7.* Cephal. *Cons. 281. n. 7.* Gœdd. *Consil. Marp. 37. num. 549. volum.* 4 Sebast. Medic. *tract. Mors omnia solvit. part 3. n. 12.* Johann. Matth. *de contributionib. cap. 6. n. 58.* & proinde † 337
emtor fertilium, venditore non solvendo facto, sterilium quoq; onera, ut quibus inhærent, & à quibus hæc dependent, in se suscipere debet, *d. l. si quis. 2. C. de omni agro desert.* nec retentione fertilium sterilibus renunciari potest, Alexand. *in l. incola. ff. ad Municipal.* Festas. *d. loc. n. 27. l. fundos. 9. l. qui per potentiam. 10. C. d. loc. Nov. 128. & 168.* & nisi, cum Thomato, Döring *in bibliothec. verb. ærarium. n. 127.* ita sentiat, vix est, ut eum feramus, utpote qui commodum † quidem uni parti assignet, onus verò innocenti 338
tertio minus legitimè transscribat, *l. si dominus. 2 ff. de his qui sui vel alien. jur. l. interdum. 2. ff. de natalib. restit. l. nec avus. 4. C. de emancip.* Marpurg. *Cons. de collect. n. 412.*

Ad tertiam respondetur, † incivile esse, tota lege non 339
perspecta, de lege judicare, *l. incivile. 24. ff. de Legib.* Ludov. Montaltus *de reprob sententia Pilati in princ.* Ego *Cons. 56. n. 64. volum. 2.* lex verò objecta causam excidendi sterilitatis & desolationis certam expresse requirit, quæ si justa, eximit possessorem oneribus, utpote qui belli calamitate, vel quo alio casu fortuito ad eam miseriam redactus, cum æquitas non patiatur, ut pauperes & inopes † tantum præstare debeant, ac si adhuc es- 340
sent divites, *l. vacantes. 1. l. in fraudem. 7. C. de ann. & trib. lib. 10. l. per Bithyniam. 2. C. de immun. nem. conced. lib. 10. l. un. C. de mulierib. lib. 10. l. 1. ubi* Bart. ibiq; gloss. *verb. inops. C. de apoch. publ. lib. 10.* Imola *in l. coheredi. 41. §. coheres. ff. de vulg. & pupill. subst.* Thomat. *de collect. §. exactiu. n. 4* Marpurg. *d. loc. n. 206.* si verò fraudulenta, eisdem subjicit, *d. l. forma. 4. §. illam æquitatem. 1. per tot. ff. de censib.* & sic damnum,

341 damnum, quod † quis sua culpa sentit sentire non videtur, *l. qui proprio. 46. §. item contra. 5. ff. de procur. l. noxalis. 7. in fin. ff. de noxal. act. l. quod quis. 203. ff. de R. Jur. c. damnum. 86. eod. tit. in 6.* sed factum
342 cuiq; † suum, & non alii nocebit, *l. factum. 155. ff. de Reg. Jur.* Festas. *de aestim. & collect. part. 1. cap. 1. num. 30. & seqq.*

Nec quarta ratio quicquam facit: hactenus enim ad nau-
343 seam deductum est, in † impositione munerum, non tam valorem rei & dominium, quam fructus & reditus considerandos esse, Imola *in l. apud Julian. §. heres. ff. de leg. 1.* Natta *Cons. 418. n. 7. volum. 2.* Mynsing. *decad. 15. respons. 1. n. 30.* Bes. *de aerar. c. 5. Cons. ult. n. 13.*

344 Nec deniq; ultima: Omnia † siquidem praedia pro muneribus & contributionibus magistratui sunt obligata, *l. Imperatores. 7. ff. de publican. l. apud Julianum. 39. §. heres 5. ibiq; Dd. ff. de leg. 1. l. universa. 1. ibiq;* gloss. Bart. & Dd. *C. in quib. caus. pign.* Thom. *de collect. §. exactio n. 54. & §. exactis. n. 7.* Roland. à Valle *Cons. 32. n.*
345 *1. & seqq. volum. 1.* Schurf. *Cons. 83. n. 5. cent. 2.* & exinde † aestimis inferuntur, nullum verò munus subeunt, nisi & fructus & reditus ferant, *l. forma. 4. ff. de censib.* Socin. jun. *Cons. 33 n. 12. lib. 3.* Thom. *d. loc. §. subjiciunt. n. 31. & §. pauperes. n. 9.* Mynsing. *d. loc. n. 30.* Marpurg. *d. loc. n. 487.* Quod si tamen, quod hodie non novum, quidam adeò praefracti & dolosi reperiantur, & ad evitanda
346 onera, quae quotidie † crescunt, militaria, ad tempus secedant, & sua praedia, etiam optima, deserant, sicq; vicinos sua debita quota munerum gravent, tunc occupantibus deserta illa praedia cedunt, nisi intra biennium eorum dominus redeat, ubi tamen si ea denuò apprehendere & iterum possidere velit, omnia quae in eadem expensa, restituere cogatur, Garz. Mastrill. *decis.*
347 *Sicilia. 164. n. 15. & seq.* levius † namq; fit onus, quod fertur à pluribus, *l. ita vulneratus. 51. ff. ad L. Aquil. l. & qui. 3. §. antepen. ff. de mun. & honor.* Marpurg. *de collect. n. 325.* post biennium verò non am-
348 plius admittitur. Melius tamen fecerit † occupans, & sibi magis consulet, si desertorem talem, & eos quorum interesse putaverit, ut intra sex menses compareant & contradicant, citari curet: hisce namq; elapsis, & nemine contradicente aut comparente, tutus in sua possessione erit, *l. qui agros. 8. & tot. tit. C. de omni agr. des. lib. 11.* Festas. *de aestim. & collect. part. 1. cap. 1. num. 29.* & haec, ut in privatis, ita multò magis in magistratu locum habent.

bent, ut nimirum pro suo interesse, discedentes, & prædia sua deserentes, citare, & non comparentium fundos apprehendere, aliisq; morigeris tradere possit, *arg. l. cum divus. 1. & tot. tit. C. d. loc.* & ita in Consilio Isnacensi 1638. edictales citationes decretæ, & ad vicinos principes, pro remittendis subditis, missæ fuerunt.

II. Nomina† & actiones rebus immobilibus inhærentia, 349 *l. si prætorium. 1. ibi : sed etiam super actionibus C. de prætor. pign.* Bart. *in l. moventium. 93. in fin. ibiq;* Alciat. *n. 3. ff. de Verb. Signif.* Zabarella *Consil. 72. vers. si autem oportet.* Abbas *in c. nulli. col. 3. vers. tamen oportet. de reb. Eccles. non alien.* Brun. *in tract. quod stantib. mascul. fœm. excludant. art. 8. quæst. 26.* Socin. jun. *Consil. 148. n. 14. volum. 3.* Menoch *Consil. 300. n. 41. volum. 3.* Nos paulò ante, §. *Res autem quæ fructum non ferunt vers. nomina incerta.*

Ut autem res quædam, de quibus partim disseruimus hactenus, contributionũ muneribus exemtæ sunt, ita quoq; nonnullæ personæ, à collectarum & aliorum munerum onere sunt iṁunes: Eæq; sunt vel Laici, vel Clerici, & utriq; vel divites vel pauperes. Pauperes, qui meritò primò† expenduntur, hic di- 350
cuntur, qui aliud non habent, unde vivant, sed victum mendicando vel industria & labore manuum dietim quæritant, quorũ proinde† ex æquo & bono, in exactione, ratio est habẽda, Lev. 351
27. vers. 8. c. licet. 4. & c. cum instantia. ubi gl. *de censib. l. cura. 4. §. deficientium. 1. & §. inopes. 2. ff. de mũ. & hon. l. cum facultates. 4. l. eos qui. 6. C. de his qui mun. liber. lib. 10.* gloss. *in l. omnes pensitare. 4. verb. compelletur. C. de annon. & tribut.* Thomat. *de collectis. §. pauperes. n. 1. ubi declarat.* Rol. à Valle *Cons. 66. n. 20. & seq. vol. 1.* Gail. *de arrest. cap. 9. n. 20.* Raudens. *lib. 1. de analog. cap. 40. n. 24.* Wesenbec. *Cons. 215. n. 35. & seqq. vol. 5.* R. A. de año 1582. §. Vñ nach dem. ibi : in dem† auch 352
die Obrigkeit der verarmetẽ Unterthanẽ mit absürderung der Contribution soviel möglich zu bedenckẽ werden müssen. Fürstl. Sächs. Außschreiben vnd erklärung welcher gestalt die auff den jüngsten zu Coburg gehaltenẽ Landtag bewilligte sechs Jährige Landstewer/deßgleichẽ die hernach erfolgte erhöhung derselbẽ angeleget/gegeben vñ eingebracht werdẽ sol. de dato Cob. 23 Oct. 1595. tit. Erarmte oder verdorbene Leut. 25, ibi: Was erarmete vñ durch Unfall verdorbene

erschöpffte Unterthanen anbelange/dieselben wollen wir soviel immer möglich/vnnd sich thun lassen will / mit Abforderung dieser Steuwer zu verschonen / vns auff erlangten gründlichen Berichte/ auch eines jeden ansuchē/deßwegē auß Fürstl. gnädiger erbarmung vnd mitleiden/nach Gelegenheit vnd Befindung/vnsers Gemüths zuerklären vnd vernehmen zu lassen wissen. sivè à principio planè nihil habuerint, sive postea bonis lapsi fuerint, utrobiq;
353 siquidem eadem militat ratio, unusquisq; † enim in tantum concurrere debet ad contributiones & munera, quantum fert modus suæ possessionis, & non ultra, *l. asquidem. 2. C. de ann. & tribut. l. civilia. 1. C. de mun. patrim. l. comparationi. 1. C. de quib. mun. vel præst. nem. lic. se excus. l. per Bithyniam. 2. C. de immun. nem. conced. lib. 10.* ubi ergò nihil invenitur, ibi quoq; collectis locus esse ne-
354 quit, Marpurg. *sæpe d. loc. n. 6. 149. & 178.* cum non entis † nullæ sint qualitates, *l. ejus qui in provincia. 41. ff. si cert. pet. l. decem. 116. ff. de V. Obl. l. si servum. 4. §. si modus. 1. ff. de act. empti. l. cum facultates. 4. C.*
355 *qui mun. lib. vel paup. se excus. lib. 10.* & omne † accidens in aliquo subjecto sit, necesse sit, Aristot. *in Categor. cap. 2.* Martin. ab Azpilcueta *lib. 3. tit. de reb. Eccles. alien. Cons. 13. n. 1. tom. 1.* Scaliger, at quis ille? pænè ausim dicere,

——— *σοφίῃ μὲν ἀλίγκιος ἀθανάτοισι.*

Exercit. contra Cardan. *71. sect. 1.* Zabarella *1. post. cont. 94. fol. 151.* Sagittar. *de Comit. Palat. conclus. 5. lit. b.* ratioq; rationis est, quod
356 inanis sit actio † quam inopia debitoris excludit, Dann wo nichts ist/da hat auch der Käyser sein Rechte verlohren/ *l. nam is. 6. ff. de dol. mal. l. itaq; fullo. 12. in princ. ff. de furt.* Antibol. *de muner. part. princ. 3. §. 2. n. 51.* Thomat. *de collect. §. pauperes. n. 1. & seqq.* Festas. *de æstim. part. 4. cap. 2. n. 60. & seqq.* Frider. *lib. 1. de process. cap. 49. num. 16.* Sixtin. *lib. 2. de regal. cap. 14. n. 88.* Pacian. *Cons. 173 n. 16.* & inde pau-
357 peres † nec latrones, nec fures nec mures timent, *d. l. itaq; fullo. 12. l. non potest videri 208. ff. de Reg. Jur.* Antibolus *dicto loco*, mo-
358 do tamen non sit talis paupertas, qualis † Valerii Messalæ consulis fuit, cui Nero in singulos annos quingenta sestertia, id est, nostræ pecuniæ, duodecim millia & quingenta aureorum, quæ hodie vix ditissimi habent, ad paupertatem innoxiam sustentandam obtulit, ex Cornelio Tacito Alciat. *in l. quæ s nos. 23. §. locuples. 1. n. 4. & seq. ff. de V. Signif.* Festas. *d. loc. part. 1. cap. 1. num. 33.* aut

quæ

quæ † propria culpa obvenit, *l. si mulier. 21. in fin. princ. ff. quod met.* 359
caus. l. bona fides. 31. in fin. princ. ff. depos. arg. c. non satis. dist. 86. Tiraq.
ad l. si unquam. verb. bona. n. 5. Cod. de revoc. donat. paupertas quippe
talis præterquam † quod privilegium non meretur aut immu- 360
nitatem, gloss. *in c. quæ in Ecclesiarum. verb. ad incipiam. de constit. in*
c. ad supplicationem. verb. ad sustentationem. de renunciat. & in c. ex
parte. verb. prodigalitatis vitio. de consuetud. sic quoq; alteri non no-
cet, *l. gen. ff. de jur. dot.* Jason *in Auth. res quæ. n. 20. & seqq. C. comm.*
de legat. Covarruv. *lib. 2. var. resolut. cap. 16. n. 9.* Tiraquell. *de Legib.*
connub. gloss. 8. n. 238. & seq. & d. l. si unquam. verb. bona. n. 5. Pruckm.
Cons. 16. n. 8. & seqq. volum. 2. quinimò omnium † maximam re- 361
prehensionem incurrit justissimè, per multa allegata Tiraq.
ad d. l. si unquam. verb. bona. n. 5. C. de revoc. donat. Reipublicæ siqui-
dem † interest locupletes habere subditos, *l. damnationo. 1. ff. de* 362
bon. damnat. Nov. 8. in princ. vers. consideravimus. gloss. *in c. 3. de ex-*
cept. Panormit *in c. licet causam. n. 13. ibiq;* Felin. *n. 12. de probat.* Ever-
hard. jun. *Cons. 1. n. 190. volum. 2.* Mager. *de Advoc. Armat. c. 6. n. 322.*
& seqq. principiq; pluris esse † debet subditorum opulentia, 363
quam reditus, *l. non quidem. 1. C. vectigal. nov. instit. non poss. Nov. 161.*
cap. 2. Hermann. Lather. *lib. 3. de cens. cap. 25. n. 90.* Döring. *verb. ara-*
rium. n. 99. quod nullo modo fiet, si prodigis & in seipsos inju-
stis hominibus locum sinamus, & immunitatem concedam⁹,
Johann. Matth. *de contribut. cap. 6. num. 184. & seqq. & 194. & seqq.*
quod si tamen pauperes, † quocunq; etiam casu tales facti, rur- 364
sus emerserint, & ad pinguiorem iterum fortunam venerint,
non amplius immunes erunt, *d. l. cura. 4. §. deficientium. 1. ff. de mu-*
ner. & bon. l. ab his. 10. §. auctis. 3. ff. de vacat. & excus. mun. l. adigere. 6.
§. quamvis. 2. ff. de jure patron. l. trajectitiam. 1. ubi Bald. *C. de naut. fæn.*
c. magna. de voto. Antibol. *de Munerib. part. princ. 3. in princ. num. 48.*
Cornel. Benincas. *de paupert. & ejus privil. quæst. 4. n. 26.* Purpurat.
Cons. 38. n. 4. Thomat. *de collectis. §. paupertas. n. 2.* item si † artificiũ 365
aliquod sciant, eoq; quotidie lucrari queant, pro illo etiam col-
lectas solvent, Lucas de Penna *in l. 2. C. de quib. mun. nem. lic.* Festas.
d. loc. part. 2. cap. 1. n. 20. Roland. à Valle *Cons. 66. n. 23. volum. 1.* Mar-
purg. *Cons. de collect. n. 179.* id quod præter deducta etiam allega-
tus Imperii Recessus de Anno 1582. innuit, dum non indi-
stinctè pauperes liberat: sondern will daß die Obrigkeit / so viel

 müglich/

366 müglich/sie bedencken soll/ꝛc Divites verò, quos † arbitrio Jus dicentis æstimamus, Alciat. *in d.l.quos nos.234.§ locuples 1.n.5.ff.de V.Signific.& respons.252.n.2.* Dec. *Cons.163 n.5.* Covarruv. *lib.2.var. resol.cap.6.n.8.* Menoch. *lib.2.A.J.Q.cent.1 cas.65.n.7.* vel Lege, vel Privilegio immunes sunt.

367 Lege sunt immunes I. Clerici propriè dicti, † sed à personalibus primùm, *c.duo sunt.dist.96.c.si qua causa.11.quæst.1.c.non minus.4.ubi* Zabarell. *n.3.de immun.Eccles.c.cum materia.ne cleric.vel monach.sec.neg.se immisc.l.generaliter.2.Codic.de Episc.& cleric.* Thomat. *de collect.§.non obstant.num.3.& §.siquispiam.num.10.*

368 sordidis † deinde & extraordinariis, *l.placet 5.ubi* Bald. *num.6.* & Gilken. *num.38.Cod.de SS.Eccles.cap.2.§.2.3.& 4.c.non minus.4.ibiq.* Zabarella *num.3.c.adversus.7.de immun.Eccles.c.quia.1.*

369 *& c.clericos.3.eod.in 6.* non † verò ordinariis, *l.placet 5.l.jubemus.10.l.neminem.11.C.de SS.Eccles.l.1.& l.3.C.de Episcop.& cleric.l.2.C.de quib.mun.vel præstat.nem.lic.se excus.* R.A. de anno 1512.§. Wo aber Geistliche Personen. R.A. de anno 1542.§. Wir haben

370 auch. Thomat. *d.loc.§.non obstant.num.7.* aut iis, † quæ ex lege fiunt, qualia sunt omnia patrimoniorum onera, *l.in honoribus.8.§.qui muneris.3.& §.Philosophis.5.ff.de vacat.& excus.mun.l.munerum.1.l.rescripto.6.l.fin ff.de muner.& honor.* Thomat. *d.loc.§.*

371 *subjiciunt.num.32.* sive itaq; clerici jam antea † bona possederint, *c.si in morte.§.porrò alii.c.tributum.c.sancimus.13.quæst.7.l.ad instructiones.7.Cod.de SS.Eccles.l.absit.4.Cod.de privil.dom.Aug.*

372 *lib.11.* Carol. Ruin. *Cons.117.volum.4.* sive eadem postea † Ecclesiæ acquisiverint, munera & onera patrimonialia subibunt, *l.rescripto.6.§.fin.ff.de muner.& honor.l.ab his oneribus.10.ff.de vacat.& excus.mun.l.omnes.1.C.de indict.l.iis quidem.2.l.obsistere.10.Cod.de annon.& tribut.l.munera.2.C.de mun.patrim.c.si tributum.11.quæst.1.c.tributum.23.quæst.ult.c.sancitum.de censib.* Lips. *inter var.Cons.37.n.38.& seqq.vol.1.* Annæus Robertus *lib.2.rer.judicat.cap.2.vers.Ecclesiast.* Döring. *in bibliothec.verb.ærar.n.200.* Fürstl. S. Außschreibē wie die Stewer gegeben vnd eingebracht werden soll/ de dato Coburg 23. Octobris 1595. tit. Prælaten/Aebte vnd Geistliche. neq; hoc caret ratione, fructus enim & cōmoda percipiunt, & proin-

373 de etiam onera ferre debent, † cum ubi commodum ibi & onus esse conveniat, *Clem.1.de censib.* Bald. *in l.nulli, Codic.de cond.*

in publ.

*in publ.lib.10.*Thomat.*§. quisp:am.num.10.*Lipsienſ.*.inter varia.Coſ. 37.n.25.& 39.volum.1.* deinde quia & † ipſe Imperator, qui ta- 374
men Jus collectas à prædiis exigendi habet, quo Eccleſiaſtici, niſi titulo emtionis acquiſiverunt, deſtituuntur, onera bonorum, in quibus ſucceſſit, vel quæ aliter acquiſivit, ſuſtinere tenetur. *l.domum 1.C.de præd.& omnib.reb.navicul.lib.11.* Onus † ſi- 375
quidem cohærens rei ſemper rem ſequitur, nec per tertium poteſt immutari, *l.pen.Cod.ſi mancip.ita vænier.c.ex literis.de pignor.* Panorm.*in c.non minus.de jur.immunit.* Bartol. *in l.reſcripto.6.§.ſecundum.num.5.ff.de muner.& honor.* Jul. Ferrett *de gabell.num.569.* Alciat. *in l.placet.num.8.Cod.de SS.Eccleſ.*Bertachin. *de gabell.part.7.num 10.*Thomat.*d.loc.§ exactio.n.43.* Lipſienſ. *d.loc.n.35.*Sixtin.*lib.2.de Regal.cap.14.n.115.*

An autem clerici & Eccleſiaſtici ordinis homines à muneribus & contributionibus, quæ hiſce turbulentis temporibus imponuntur & exiguntur, immunes & liberi ſint, neceſſariò quæritur?

Ægidius Thomatus quidem *in ſuo de collectis tractatu, § exactio munerum.n.31.& ſeqq.& § non obſtant ſeq.*hanc & conſimiles quęſtiones tractandas ſibi ſumſit, quem etiam Domini Marpurgenſes in ſæpe allegato Conſilio *n.23.& ſeqq.*ſequuti: ſed quia, propter variantes circumſtãtias, quædam reformanda, & quædam addenda deprehẽdimus, eorum veſtigiis inſiſtentes, paulò plenius hanc materiam reſumere animati ſumus, ita tamen, ut in noſtris † agnoſcamur, & in aliorum furti non arguamur, 376
*l.hæreditarium.68.§.fin.ff.ad L.Falcid.*Bald.*in proæm.feud.n.2.*Jaſon *§.fin.n.31.Inſt.de action.*Plin.*in præfat.hiſtor.natural.* Euſeb. Cæſar. *lib.10.de præpar.Evangel.cap.1.*Bertrand.*Conſ.495.n.2.volum.4.* Laurent. Kirchof. *inter diverſ.Conſ.5.num.6.volum.1.* Nos *de diffamat.cap.5.§.6 num.61.& ſeq.* Et quod immunes ſint, & contri- butionibus † gravari non debeant, & Jure videtur conſtitu- 377
tum, & receptiſſima Doctorum eſt ſententia, *Auth.item nulla immunitas.C.de Epiſcop.& cleric.l.placet.3.C.de SS.Eccleſ.*Bart.*in l.de his 3.C.de Epiſc.& cleric.*Alexand.*in l.1.§.1.ff.de publican.c.non minus.de immun.Eccleſ.*Burſat.*Conſ.42.n.1.*Vaſqv.*lib.3.illuſtr.quæſt.105.num.45.& ſeqq.*Camill.Borell.*Conſ.74.n.1.& ſeqq.*Johañ Tilemann. *Syntagm.3.decad 3.vot.9.n.29.* Gylman.*tom.1.Symphor.part.2.tit.6.*

vot.3.n.13. Rutger Rulant *de commiss. part.4.lib.2. cap.6.n.31.* ubi in causa Grinensen contra Speyer/ & in causa D. Christophori Klugs Wittib und Kinder Vormunder contra Herrn Burckharden Bischoffen zu Neus und Amptman zu Liebenstein/ consideratum refert, Regner. Sixtin. *lib.1. de Regalib. cap.14.n.107.*

378 Primò namq; habent hoc privilegium † tam ex Jure divino, Gen. *47. vers.20. & seqq.* ubi tota Ægyptus Pharaoni tributaria facta, sola portione sacerdotali libera & exemta remanente: cujus rei etiam Flav. Josephus *lib.2. antiquit. Judaic. cap.4.* meminit, dum ait: cumq; ad hunc modum omnes eorum possessiones in jus regis devenissent, alius alio migrabat, quo certius esset regium dominium, soli sacerdotes immunitatem & agros retinuerunt. Et iterum Esdræ *lib.1. cap.7. vers.24.* dicit Artaxerxes Persarum rex: Vobis quoq; notum facimus de universis sacerdotibus, & Levitis, & cantoribus, & janitoribus, Nathinæis & ministris domus Dei hujus, ut vectigal & tributum & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Idem de Xerxe refert idem Joseph. *lib.11. Antiquit. Judaic. cap.5.* dum dicit: vobis quoq; magistratibus præcipio, ut à nemine sacerdotum, Levitarũ, sacrorũ, cantorũ, janitorũ, sacrorũ servorum quicquam exigatis, neve ulla onera eis imponatis. Petr. de Ubald. *de collect. n.36.* Thomat. *de collect. §. exactio n.34. & 44. à princ. vers. secundò videtur.* Petr. Gregor. *lib.3. de Republ. cap.7. n.2.* quam humano & Canonico, *c. nõ minus.4. c. adversus.7. de immunit. Eccles. c. quanquam.4. de censib. in 6.* ubi laici munera & con-
379 tributiones † à clericis & Ecclesiasticis petentes & exigentes excommunicantur, *c. generaliter. §. novatum. & §. placet. 6. quæst.1. c. quia nonnulli.1. & c. clericis laicos. de immunit. in 6. Clem. præsenti.3. de cens. & exact. Clem. un. de immun. Eccles.* Concil. Trident. *de Reformat. sess.25. cap.20.* & Civili, *l. placet.5. ubi* Bald. *n.11. C. de SS. Eccles. l. omnes.2. ubi* Bald. *n.2. & Auth. item nulla immunitas. ibiq;* Bald. *n.1. C. de Episc. & cleric.* quibus in locis expressè cavetur, ne clerici laicorum oneribus ullo modo graventur, Bald. *d. Auth. ubi beneficium Imp. Friderici allegat. n.1. C. de Episcop. & cleric.* Thomat. *dictis locis.* Ubald. *d. n.36.* Borell, *Cons.74. n.1.2.3. & 4.*

Deinde

Deinde observandum est, quod jam allegata Jura, maxima
ex parte, expressè loquantur de extraordinariis muneribus,
quæ, exhausto ære vel bursa communi, ut loquitur Thomatus
d. loc. n. 36. & 44. propter necessitatem, bellum puta, vel similes
casus, reipubl. imponuntur, qualia sunt collectæ & contribu-
tiones, de quibus nobis sermo, *d. l. placet. 5. ubi* Dd. Hostiens. *in
summa de immun. Eccles.* Panormit. *in c. non minus. 4. vers. nota tertiò.
& in c. adversus. vers. nota primò. de immun. Eccles.* Alberic. *in l. ad
instructiones. n. 3. C. de SS. Eccles.* & quod clerici si ob allegatam
necessitatem conferant, † id ex charitate, & non coacti faciant, 380
& quidem non pro magistratus jussu, sed sua liberrima volun-
tate, Hostiens. Panorm. & Alberic. *d. locis.* quod proinde † hu- 381
militer, devotè & cum gratiarum actione accipiendum, *d. c. ad-
versus. 7. de immun. Eccles.* etiamsi contributiones pro stipendiis
militum ad defensionem patriæ conscriptorum essent exsol-
vendæ, Cardin. Zabarell. *in d. c. non minus. n. 2. 4. & 8. & in Clem. 1.
quæst. 18. de vit. & hon. cleric.* Panormit. *in d. c. adversus. 7. vers. nota
primò. ibi: quod clerici non teneantur contribuere in necessitatibus immi-
nentibus communiter civitati seu alteri loco. & Cons. 53. n. 1. vol. 1.* An-
gel. *Cons. 24.* Castr. *Cons. 420.* Did. Covarruv. *lib. 2. Var. resolut. cap.
20. in fin. & pract. quæst. cap. 31. circa fin.* Alphons. Suarez *in thes. Chri-
stianæ relig. cap. 35 n. 1. 7. & 23.* Borell. *d. loc. n. 6. & 7.* Thomat. *d. §. ex-
actio munerum. n. 36. & n. 44. vers. tertiò faciunt. & n. 45. vers. quintò
faciunt.*

Et hoc tertiò optima ratione: Collectæ siquidem † cum 382
non nisi subditis imponuntur, non forensibus, *l. libertus. 17. §.
sola. 5. ff. ad Municip. l. rescripto. 6. § fin. l. fin. §. præterea. 25. ff. de mun. &
hon. l. cum neq;. 4. C. de incol. lib. 10.* Natta *Cons. 160. n. 7. & seqq. & n.
15.* Surd. *Cons. 52. n. 13.* Rosenthal *de feud. cap. 5. conclus. 81. lit. a.* Cleri-
ci autem à Jurisdictione † magistratus Politici sunt exemti, si 383
† non jure divino, ut contēdunt *c. duo sunt. dist. 96. c. si qua causa. 11.
quæst. 1.* gloss. *in c. si Imperator. verb. discreti. dist. 96. c. perpendimus. de
sentent. excommun. c. quanquam. de censib. in 6.* Navarr. *in c. novit. not.
6. n. 6. de judic.* Cornel. Bennicas. *de constit. in proloquio. n. 31.* Cardin.
in c. perpendimus. n. 12. & seq. de sent. excomm. Oldrad. *Cons. 83. n. 3. &
seqq.* attamen † humano, Covarruv. *pract. quæst. 31. n. 1. & 2.* Alvar. 385
Valasc. *Cons. 100. n. 8.* adeò ut nec princeps † secularis supremus 386
exemtio-

exemtioni tali derogare possit, Covarr. *d. loc.* quo facit etiam,
387 quod lege vel statuto † principis vel civitatis contributiones imponantur, quæ statuta & leges in præjudicium Ecclesiæ nullius sunt momenti, *Auth. cassa. C. de SS. Eccles.* Oldrad. *d. Cons. 83. n. 3. & seqq.* Marpurg. *de collectis. n. 30. & 31.*

388 Accedit quartò quod bona † Ecclesiæ usui spirituali sint dedicata, *c. quoniam. 16. quæst. 1. c. ratio. de præbend.* & ad Jus divi-
389 num pertineant, nec commodo † seculari inservire debeant,
390 *c. nulli liceat. 12. quæst. 2.* quod enim semel † DEO dicatum reperitur, ad usus humanos diverti non potest, *c. semel DEO. 51. ibiq.* Dyn. *n. 1. de R. Jur. in 6.* Johann. Faber & Angel. *in §. sacræ Inst. de rer. divis. l. in tantum. 6. §. sacræ. 3. ff. de rer. div. l. adeo sacra. 73. ff. de contrah. emt.* Petr. Gregor. *lib. 3. de Republ. cap. 7. n. 37. in fin.* unde sicut
391 † milites seculi militare seculo, & milites Christi militare
392 Christo, *c. un. clericat. feud. amit. 2. Feud. 109.* & Dei sacris † vacare unicè adstricti, *l. non distinguemus 32. §. sacerdotio. 4. ff. de recept. qui*
393 *arbitr.* ita & res † Ecclesiasticæ usui seculari adhiberi non debent, *c. reprehensibile. 24. quæst. ult.* Thomat. *d. §. exactio munerum. n. 45.* eumq; sequentes Marpurgenses *d. loc. num. 32. & 33.*

Ex hac quarta dubitandi ratione Marpurgenses, individui Thomati comites, etiam quintam comminiscuntur, dum scri-
394 bunt, contributiones solvere debere eos, † ad quos utilitas, cujus causa collectæ impositæ, perveniat, *l. secundum. 10 ff. de R. Jur. l. quæ operibus. 2. C. de oper. public. cum simil.* Lipsiens. *Consil. 37. n. 25. inter var. volum. 1.* causam verò contributionum, utpote quæ cir-
395 ca mundana, † bellum nimirum vel propulsandum vel avertendum, & pacem vel propagandam vel acquirendam, & similes casus versetur, non spectare ad clericos Reipubl. spirituali servientes, sed tantum ad laicos, *d. c. reprehensibile. 24. quæst. ult. c. un. 2. Feud. 109.* Thom. *d. loc. n. 45. vers. quartò facit ratio Panormitani.*

396 Unde etiam sextò, quamdiu laicorum bona † & facultates suppetunt, quas tam propter negotiationes multifarias, quam alia centum, quæ percipiunt, commoda, superesse semper credendum est, nec in necessitatis casibus clericorum bona muneribus subjicienda sunt, nec & Ecclesia sponte sua quicquam elargiri debet, *Clem. quia contingit. de relig. domib. c. non minus. de immun. Eccles.* Thomat. & Marp. *dictis locis.* & Thomatus

§. non

§.non obstat.n.25.in fin. cum certum sit quod Ecclesiæ favor† Rei publicæ favori semper præferatur, *l.fin.C.de SS.Eccles.l.Respublica 4.ubi* gloss.*C.ex quib.caus.major.* Camill. Borell. *Consil.26.n.70.* 397

Et concesso septimò, quod ob necessitatem imminentem, clerici teneantur collectas à magistratu seculari impositas solvere, illud tamen absq; consensu† Pontificis Romani facere non 398
possent, gloss. *in c.non minus. 4. verb. necessitate.text. in c.adversus.7.de immun.Eccles.c.clericis.eod.tit.in 6.* quinimò † præcedere 399
debet & citatio, *l.nam & ita Divus 39 ff.de adopt.l.de unoquoq;.47. ff.de re jud.* Bart *in l.quod major.19.ff.ad Municip.& in l.fin.C.de autor. præst.* & deliberatio, & assignatæ partis distributio ipsorum clericorum, pro sua quota inter se facienda, Castr. & Dd. *in l. ad instructiones.C.de SS.Eccles.* Panorm. *in d.c.non minus.* Thomat. *d.loc. n.45 & §.non obstant.n.25.& 26.& §.videndum.n.1.* Shurf. *Consil.44. n 19.cent.1.* Modestin Pist. *Consil.9.n.42.* Casp. Klock *de contrib.conclus.31.per tot.* quousq; ergò talis consensus, † qui pro forma est, 400
abest, eousq; tales contributiones neq; imponi, neq; exigi poterunt *l.quæ acta gestaq;.2.ff.de offic.procur.Cæs.l.tutor.22.ff. de admin. & per tut.l.nuptias.30.ff.de R. Jur. cum sim.* Tandem deprehendimus, clericos, non singulari hominis dispositione, sed Jure† 401
comuni privilegium imunitatis habere, *d.c.clericis de immun.Eccles.c.quanquam.de cens.lib in 6.* Thom. *d.loc.n.45.in fin.* privilegia autem jure comuni concessa, etiam tempore belli obtinent, præter alios, Natta *Consil.66.n.1.& seqq.vol.1.* eò quod vel maximè de talibus casibus cogitatum præsumatur; siquidem privilegia † 402
tempore pacifico & quieto, non necessaria; & proinde in turbulento rerum statu saltem usurpanda, & quod lex, ut dogma† 403
prudentum, *l.lex est.1.ff.de Legib.* ac si hodie demum scripta esset, semper loquatur, *c.cum Martha.6.de celebrat.missar.* nec nos ubi illa tacet, † loqui debeamus, *c.consuluistis.2 quæst.4.c.is qui.de sent. excomm.c.inter corporalia, de translat.Episc.l.illam.19. ibi: quod nulla constitutio super hujusmodi collatione posita esset.C.de collat.l.dissentientis.5.C.de repud.l.fin.C.unde vi.Nov.18.cap.5.* 404

His verò, & quæ plura adduci possent, non obstantibus, verius est, & Juri convenientius, quod etiam clerici & alii privilegiati, in necessitatibus, ad munera & contributiones teneantur.

405 Primò enim, ob publicam utilitatem † & necessitatem evidentem, omnes subditi, cujuscunq; sint status aut conditionis, quantisq; etiam privilegiis vallati, ad contributiones & collectas tenentur, *1.* Samuel.*8.verf.11.& feqq.l.jubemus.10.C.de SS. Eccles.l.cum ad felicissimam.2.C.de quib.mun.vel praest.nem.lic.se excus.lib.10.* Jason *in l.si ex toto.n.8.in fin.ff.de leg.1.* Gail.*lib.2.Obs.52 n.26.* Marc.*decis.458.n.12.& seq.* Tessaur. *decis.134.n.10.* Plot.*de in lit. jur.§.1.n.17.* Schrader.*de feud.part.10.sect.1.n.30.* Rosenthal *de feud. cap.5.conclus.86.n 3,* & hæc sententia non modò in Camera recepta, sed & Germaniæ consuetudine adprobata, Mynsing. *cent.*
406 *4.Obs.70.* magis siquidem bona, quæ † pro patria principi obligata sunt, quam personæ spectantur, Bald. *in l.neq; societas,1.ff. quod cujus.univ.nom.* Jason & Dd.*in l.apud Julianum.39.§.heres 5.ff. de legat.1.* Alber.*in l.Imperatores.7.ff.de public. & vectigal.* Bart. *in l. universa.1.Cod.in quib.caus.pign.tac.contrah.* Thomat.*de collect.§.exactio.num.46.vers.secundò facit.circa fin.* Wesenbec. *Consil.215.n.3.*
407 *volum.5.ubi in terminis.* Certum autem est † temporalium ratione clericos magistratibus subjectos esse, *c. 2. dist.7.c.si tributum.c.si quae.11.quaest.1.§.sed & Inst.de J.N.Gent. & Civ.l bene à Zenone.3.ibi: omnia principis esse intelliguntur. Cod. de quadr.praescript.* gloss.*in l.addictos.C.de Episcop.aud.* Alberic. *in Auth.statuimus. C. de Episc.& cleric.* Bald. Paul.de Castro & Jason *in l.jubemus nullã. C.de SS.Eccles.* Innocent.*in c.2.de maior. & obed.* Oldrad. *Consil.83. num.1.vers.ratione enim temporalium.* Thomat.*d.loc.§.exactio.n.47. circa fin.& num.59.vers.vigesimo primo.* tam Jure divino, Rom.*13.*
408 *vers.1.*ibi: *omnis † anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Sapient. *6.vers.4.* Actor.*16.vers.36.& cap.27.vers.30.* Gothman.*Consil.3.num.220.& seq.volum.4* quam Canonico, *c.de capitulis.c.quis nesciat.dist.10.c.sacerdotibus.c.magnum.11.quaest.1.* & Civili, *l.assumtio.6.ff.ad Municip.l.cives.7.C.de incol.lib.10.Nov.6.in princ.ibi: sunt dona DEI à superna collata clementia sacerdotium & Imperium.Nov.73.in princ. §.1.ibi: Imperium propterea DEUS de Coelo constituit.Nov.8.in princ. ibi: à DEO tradita nobis Republica.* Unde & Imperatores moderni in suis edictis, mandatis, & rescriptis: Gebieten allen vñ jeden Geist- vnd Weltlichen/ꝛc. Sagittarius *in proem.de Comit.Palat.lit.C.* Marpurg.*d.loc.n.41.* Deinde, testibus Thomato *de collect.*

collect.§.exactio.n.46. &, qui eum sequuntur, Marpurgensibus, *sæpe allegato Consil.n.42.* in specie clericatum † ad hujusmodi munera adstringi probant textus, *d.l.cum ad felicissimam.2.Codic. de quib.mun.non lic.se excus.lib.10.* ubi, necessitate exigente, † universi & singuli, omnis privilegii velamento remoto, contributionibus gravantur, & à summis ad infimos, & contra, munerum sarcina devolvitur, *l.demum.1.C.de præd.& omn.reb.navic. lib.10.* ubi quilibet posthabito omnis dignitatis & privilegii respectu, necessitati subvenire cogitur, *l.placet.5. ibiq;* glofs. *C. de SS. Eccles.* canonizata *in c.generaliter.vers.placet.16. quæst. 1.* ubi, præter canonicam illationem, † etiam adventitiæ necessitatis onus repentinum Ecclesiæ quoq; & clericis imponitur, *l.neminem.11.C.eod.tit.* ubi tempore necessitatis omnia communicanda, & sub potestate principis & magistratus esse dicuntur, sive Imperator ipse adsit, sive alius ej' nomine, sive alia insignis necessitas urgeat, Innocent. *in d.c.non minus.4.de immun.Eccles.* quibus omnibus accedunt, *d.l.quoties.2. ubi* Bart. *n.1.3.4. & 5.* & Cuj. *in notis.C.ut nem.lic.in coemt.spec.lib.10.* R.A. de anno 1544.§. Das auch solche Hülff. §. vnd insonderheit ist auch. & §. vnd nemblich sollen. Frossard. *lib.1.Histor.fol.mihi 50.* Tiraquell. *de Nobilit.cap.20. n.169.* Mynsing. *respons.64.n.45.& seq.cent.1.decad.7. & respons.1.n. 9.10.& 14.decad.15.* Casp. Anton. Tessaur. *decis.93.n.4.* Nos *Consil. 48.n.87.volum.2.* & Juris Canonici loca clericos & Ecclesiasticos, æquè ac alios, ad tributum simul & collectas compellentia, *c.si tributum.c.magnum.11. quæst.1.c.generaliter.§.placet.16.quæst.1.c. tributum.13. quæst.8. c. non minus. 4. c. adversus. 7. de immun. Ecclesiar.* 409 410 411

Quid quod tertiò, clerici † tempore necessitatis, quamvis expressam & bullatam habeant immunitatem, non solùm patrimonialia, verùm etiam personalia & sordida munera, *l.nullus.21.ubi* Bart. & Johann. de Plat. *C.de curs.public.lib.12.* quos sequitur Anchor. *in c.1.de immun.Eccles.in 6.* custodiam † nimirũ civitatis, & armorum etiam ipsorum apprehensionem subire teneatur, *c.pervenit.2.d.c.non minus.d.c.adversus.de immun. Eccles.* Felin. *in c.pen.de homicid.* Bald. *Consil.493.* Thomat. *d.loc.vers.tertiò facit.& n.58.vers.decimò octavò.* Boer. *de custod clav.n.48.* Bertrand. *Consil.53.n.10.& seq.volum.1.part.post.* Meyer *lib.2.de preferent.cred.* 412 413

tit.4.num.17.& seqq. quæ cum graviora sint, quam quæ pecuniâ expediuntur, *l.in servorum.9.in fin.ff.de pæn.* gloss. *in l. hæ opera.23. in fin.ff.de oper.libert.* Jason *in Auth.adhac.in fin. C. de judic.* Capic. *decis.5.n.5.* Cornel. Benincas. *de paupert. & eius privil. quæst. 4. n.33.*
414 utiq; hæc multò magis & facilius, argumento † à majori ad minus ducto, quam illa præstanda erunt, Abbas *in c. pastoralis. §. item cum in totum.in fin.de offic.deleg.* Aretin. *Consil.164.. col.3. vers. non obstat argumentum.* Bart. *in l.juris Gentium. §. adeò. ff. de pact.* Decian. *in l. decet. 21. n. fin. & in l.in eo.33. in princ.ff. de Regul. Jur.* Valent. Guilielm. Fôrster. *lib 2. Observ. succisiv. cap. 26.* Et certè ubi pariter & de clericorum & simul laicorum commodo
415 aut incommodo agitur, † paria quoq; incommoda & cōmoda utrobiq; esse convenit, Ripa *lib.2.respons.cap.20.* Paris. *Consil.2.n. 74.vol.1.* Barbat. *Consil.14.vol.1.* Alexand. *Consil.101.n.17.vol 1.* Tho-
416 mat. *d.loc.num.47.* cum in paribus † causis paria judicia esse debeant, Martin. ab Azpilcueta *Cons.62 n.5.lib.3.tit.de Regalar.tom.1.* Casaubon. *Exercit.in Baron.16.diatrib.95.in fine.*

417 Accedit, quod ipse filius † DEI exemplum omnis perfectionis, & princeps ac magister clericorum optimus maximus, sese, etiam antequam nasceretur, tributis & civilibus oneribus subjecerit, Luc. *2.vers.5.* eaq; postea in omni sua vita, licet quasi regum filius, ut loquitur Hieronymus, ea non debebat, Casaub. *Exercit. in Baron. 15. diatrib. 19.* sine tergiversatione exsolverit,
418 Matth. *17.vers.24.& seq.* & præterea † Cæsari, quæ sunt Cæsaris, dare præceperit, Matth *22.vers.21.* Petrus Bertr. *de Jurisdict. Eccles. quæst.3.n.4.* cujus sacrosanctis vestigiis insistens divinus Ethni-
419 corum doctor tributum † cui tributum, vectigal cui vectigal, timorem cui timorem, honorem cui honorem; dare quoq; jusserit, Rom. *13.vers.7.* Domin. Soto *lib.3.de Just. & Jur.quæst.6.art.7.* Quod si fecit dominus & magister, quem diximus, clericorū, noster salvator unicus, Christus Jesus, quid morantur, quoad tributum magistratui obnoxii clerici, ejus (ô utinam!) discipuli, *c.si tributum.c.magnum quidem.11.quæst.1.* ibi: *si enim censum filius DEI solvit, quis tu tantus es, qui non putes eū solvendum? c.trib.23.q.8.* Thoming *decis.55.n.23.* Casaub. *d.loc.* Alciat. *in d.l.placet.5.C.d.SS.Eccles.* Panorm. & Canon. cōmuniter *in c.non minus. de immun.Eccles.* Guid.Pap. *decis.372.n.1.&* Thom. *d.loc.n.31.circa med.*

med.& n.48.& n.59.vers.vigesimo.primò.à pr. cum omnis † Christi actio, nostra debeat esse instructio, *c.exemplum.12.q 2.c.clericum.12.q.1.* Cornel. Bennicas. *de paupert.q.2.n.16.* Schurf. *Consil.44. n.15.cent.1.* Joh. Matth. *de contrib.c.6.n.63.& seq.* Neq; verò est, quod quis objiciat, extraordinarium tributum à clericis non deberi, *l.placet.5.ubi* Alciat. & Jason & Parpal. *C.de SS.Eccles. §. ad hac.in Auth.de Ecclesiast.titul.* Panorm. *in d.c.non minus. de immun. Eccles.* Remig. de Gonnii *de charitat.subsid.ubi latè.* Lipsiens. *inter varia Consil 37.n. 37. volum. 1.* bona item ipsorum privilegiata & exemta esse. Bona siquidem Ecclesiastica & res sacræ dedicatione & facto hominum demum talia facta, cum prius secularibus magistratibus, & omnibus civilibus oneribus subjecta fuerint, sicut ergò Imperatores clericis eorumq; bonis privilegia & immunitates dederunt, ita quoq; eadem ad casum pariter necessitatis restringere potuerunt. 420

Cum autem nulla res † sine suo onere transeat, *l.traditio. 20.ff.de acquir.rer.dom.l.fin.C.de exact. tribut.* & omnia † prædia pro collectis, quod diximus, tacitè sint hypothecata, *l. venditionem.1.C.si propter publ.pensit.l.in his.2.C de prad.& omn.reb.navic.lib. 10.* Bart. *in l.universa.1.& seqq.C.in quib.caus.pign.vel hypoth.tac.cont.* Alber. *in l.Imperatores.7.ff de publ.l.fin.ibiq;* gloss. *C.de vend.reb.civit.* sequitur, quod cum onera naturà prædiis inhæserint, etiam cum iisdem ad Ecclesias & clericos transierint, nec in fraudem fisci alienari potuerint, *l.privata.10.Cod.de excus.mun.lib.10.l.inter debitorem.42.ff.de pact.l.via.23.§ si fundus. 2.ff.de serv. rust.prad. Nov.17.cap.8.§.non permittas.ubi* gloss. Bart. *in l.rescripto.6.ff.de muner.& honor.* Thomat. *d.loc.n.48.vers.septimò facit.ubi plenè.& n.55. & 58.vers.decimoseptimò.* Marp. *d.loc.n.46.& seqq.* fuerunt enim † onera informata, *l.incola.29. ff. ad Municip.c.sancitum. 23. quæst.8.* Thomat. *d.loc.n.59.vers.vigesimoprimò.* pro quibus prædia conveniuntur, non personæ, *l.rura.14.C.de omni agro des.lib.11.* Gylman. *tom.1.Symphor.part.2.tit.6.vot.5.n.21.* 421 422 423

Quibus quintò novissimi Imperii recessus astipulantur, qui omnes tam secularium quàm Ecclesiasticorum bonis, contributiones imposuerunt, neminéq; omninò exemerunt, R.A. de año 1495 de anno 1500. de anno 1512, de anno 1518. de anno 1530. de

anno 1532. de anno 1542. de anno 1544. de anno 1555. & de anno 1582. de anno 1594. de anno 1598. de anno 1603. & de anno 1613. §. Nach dem es nun mit obgemeldter Hülff. & §.
424 Demnach sollen. seq. sed semper † bonis indifferenter onera attribuerunt, Gylman. *d. loc. n. 13. & seqq.* & quidem satis efficaciter & notanter, R. A. de anno 1544. §. Und zu diesem. & seq. ubi dicitur: Und zu diesem Christlichen milten Werck sollen auch alle Stifft/Capittel/Klöster/Ordensleut/ Kirchen/ der Kirchen Fabricken und Spitäl/ etc. Sie sein exemt/oder nicht exemt/ ihre Stewer unnd Anlag geben. Von ihren Pensionen/reservaten/ auch von allen ihren Renthen/Gülten/ Einkommen/Nutzungen/ die sie von ihren Pfunden/beneficiis, dignitatibus, auch ihren Geistlichen Stand haben/ *l. placet. 5. l. omni. 6. l. ad instructiones. 7. & l. neminem. 11. C. de SS. Eccles.* Waremund. ab Ehrenberg *de subsid. cap. 12. per tot.* Döring. *in Bibliothec. JCtorum tom. 1. verb. ærarium. num. 200.*

425 Et quemadmodum, sextò, necessitas † legem non habet, *l. illicitas. 6. §. præses. 9. ff. de offic. præsid. l. re pupillo. 5. §. si quis rivos. 11. ff. de oper. nov. nunc. l. ut gradatim. 11. §. etsi lege. 1. ff. de mun. & hon. c. remissionem. 1. q. 1. c. mutationes. 7. q. 1. c. ad limina. 30. q. 1. c. quanto. in fin. de consuetud. c. consilium. de observ. jejun. c. quod non est. 47. de R. Jur. c. exiit. 3. §. profectò. de V. S. in 6.* Nevizan. *Consil. 66. n. 9.* Cravet. *Consil. 905. num. 3.* Roland. à Valle *Consil. 80. n. 21. volum. 3.* Gail. *lib. 2. Obs. 52. n. 26.* Schrader. *de feud. part. 8. cap. 1. n. 21.* Johann. Köppen. *decis. 61. n. 9. 10. 17. & 18.* Pruckman. *Consil. 46. num. 65. & Consil. 47. n. 81.*
426 *volum. 1.* ita & privilegia, † quæ species legis sunt, *§. sed & quod principi. Inst. de J. N. G. & Civ.* tempore necessitatis silent, *l. pro tyronibus. 3. C. de priv. dom. Aug. lib. 11.* Roland. à Valle *d. Consil. 80. n. 21. volum. 3.* Natta *Consil. 63. num. 5. volum. 1.* Köppen *d. loc. in terminis,* Waremund. ab Ehrenberg *de subsid. cap. 8. n. 9.* Henning. Arni-
427 sæus *lib. 3. de jur. majest. cap. 1. n. 12.* sic ut sæpe tempori, † ita necessitati semper cedendum, Anton. Faber. *in suo Cod. lib. 9. tit. 29.*
428 *defin. 26. num. 9.* ita pia causa † tempore necessitatis omittitur, quantumcunq; etiam sit privilegiata, Riminald. *Consil. 57. n. 41.* Augustin. Beroj. *Consil. 3 num. 23. volum. 1.* Hartman. Hartman. *lib. 2. pract. for. tit. 52. Obs. 6. n. 3.* & Ecclesia tributum solvit: si, inquit D. Ambrosius de Valentiniano Imperatore loquens, tributum

petit,

petit, non negamus, agri † Ecclesiæ tributum solvunt, *c. si tributum. 11. quæst. 1.* Thomat. *d. loc. n. 59. §. vigesimoprimo.* Tholosan. *lib. 3. de Republ. cap. 7. n. 20.* Annæus Robert. *lib. 2. rer. jud. c. cap. 2. vers. Ecclesiasticos.* Döring. *d. loc. n. 200. in fin.* Molin. *Consil. 11. & 12. ubi in terminis* in causa Franckfurt contra Geistligkeit *ibidem.* Tessaur. *decis. 234. n. 10.* Caspar Klock *de contrib. conclus. 34.* Inter tales autem necessitates non immeritò refertur bellum, ubi & omnis immunitas tollitur, adeò ut clerici quoq; ad ea, † quæ propter bellum exiguntur, teneantur, Thomat. *d. loc. vers. decimooctavo.* Bart. *in l. nullus. 21. C. de curs. publ. lib. 12.* Alb. *Consil. 1. n. 9.* Cephal. *Consil. 58. n. 44.* Tiraquell. *de Nobil. cap. 20. n. 169.* Gylman. *tom. 1. Symphor part. 2. tit. 6. vot. 1. n. 50. & seq.* ubi in causa W. contra A. F. Erben ita pronunciatum refert, & simul omnia † communia fiunt, & communicanda veniunt, *l. si laborante. 2. ff. de L. Rhod. de jact. c. sicut. 8. dist. 47. c. discipulos. 26. de consecrat. dist. 3. c. si quis. 3. de furt. gl. in l. neminem. 11. C. de SS. Eccles.* Bart. *in l. pro locis. 6. C. de ann. & trib. lib. 10.* Schurf. *Consil. 44. n. 16. & fin. cent. 1.* Sic David, † necessitatis tempore, panes propositionis, quos solis sacerdotibus comedere licuit, comedit, *1. Reg. 21. vers. 6. ibiq.* Chemnit. & Osiand. *in not.* Matth. *12. vers. 3.* & discipuli † Christi sabbato spicas vellere & manducare cæperunt. Matth. *12. vers. 1. & 2. c. discipulos. 26. de consecrat. dist. 5.* Thomat. *de collect. §. exactio. n. 46. vers. secundò facit. circa med.* Sic Asa ex † Juda, belli tempore omne argentum & aurum, cum aliis Deo sanctificatis, sustulit, & milites conscripsit. *3.* Reg. *15. vers. 18.* & Ezechias imposita à Rege Assyriorum talenta, ejusmodi auro & argento solvit, *4.* Reg. *18. vers. 14. & seqq.* Sic etiam Imperator † tempore necessitatis, & ne periculum incurrat, inconsulto Papa, res Ecclesiæ (quas tamen postea restituere cogitur) apprehendere & vendere potest, Cyn. *in l. neminem. 11. n. 3. in fin. Cod. de SS. Eccles.* Afflict. *c. un. n. 78. quæ sint regal.* Petr. Gregor. *d. loc. n. 17. & seq. & n. 31.* aurum siquidem Ecclesia † habere debet, non ut servet, sed ut eroget & subveniat in necessitatibus, *c. aurum. 12. q. 2. c. gloria. 12. q. 2.* Schneidew. *§. sacra. 8. n. 8. Inst. de rer. divis.* Wesenb. *Consil. 50. n. 9. & 10. volum. 2.* Ego *Consil. 1. n. 61. volum. 1.* quinimò ob publicam † utilitatem & extremam necessitatem Ecclesias quoq; capere & destruere licere

429 430 431 432 433 434 435 436 437

cere scribit Johann. Stephan. Durand. *quæst. decisiv. 28.* Marpurg. *sæpe d. Consil. 57. & seqq.*

438 Septimò, in hac collectarum † causa, nec consideratio, nec respectus, nec differentia personarum est instituenda, sed indistinctè possessores pro viribus patrimoniorum, *l. vacuatis. 19. l. nullus. 28. C de decurion. lib. 10. l. un. Cod. ut nullus ex vican. lib. 11.* Bart. & Dd. *in l. ad inferiorum. 1. C. de apoch. publ. lib. 10 l. un. C. de mulier. & in quo loc. lib. 10 & in l. ne quid. n. 4 ff. de incend. ruin. naufrag.* Thomat. *d. loc. n 57.* Chassan. *in Consuet. Burgund. Rubr. des Justu. §. 4. verb. in decem n. 9. 45. & seqq.* Cravet. *Consil 195 n. 1.* eorumq; re-

439 ditus † collectandi sunt, *l. apud Julianum. §. heres. ubi post alios* Jason *ff. de leg. 1.* Alexand. *in l. rescripto. 6. §. fin. ff. de mun. & hon.* Fürstl. Sächs. Außschreiben wegen der Stewer. sub dato Coburg 23 Octobris. 1595. tit. Prælaten/ Aebte vnd Geistliche. 1. ibi: Etwz erbliches/widerkauffliches oder sonsten werbende Bahrschafft hätten/daß oder die sollen sie gleich den Burgern verstewern. ubi unanimiter volunt, contributiones metiendas esse perpenso potius reditu, quam valore patrimonii: quod tamen de hisce repentinis casibus, & exinde prosilientibus concatenatis one-

440 ribus tantum, non verò de statis & † annuis tributis, quæ, ut certa, semper uniformia manent, intelligendum, Thomat. *de collect. §. retentu. n. 2. & pr. num. 9. & seq.* Wesenbec. *Consil. 215. n. 26. 27. 28. 32. 35. & 42. volum. 5.* sic quidem, ut nec nobilis, nec Pontifex, nec Ecclesia, & consequenter multò minus clericus excusetur, *l. munerum. 18. §. ab hujusmodi. 24. ibiq.* gloss. *verb. pontifex. ff. de mun. & hon. c. si quæ. c. cum ergò. c. si tributum. c. magnum. 11. q. 1.* Thomat. *d. loc. §. exactio. n. 56.*

441 Tandem consuetudo † Imperii clericis & laicis communis hic attendenda, *l. minimè. 23. l. si de interpretatione. 37. ff. de Legib. c. cum dilectus. ubi* Anton. & alii *de Consuetud.* Paul. de Castro *Consil. 314 in fin. & Consil. 347. col. fin. lib. 1.* Cravet. *Consil. 101. n. 3. Consil. 201. n. 11. & Consil. 770. n. 13.* Rol. à Valle *Consil. 66. n. 37. volum. 1.* Cothm. *respons. Acad. 14. n. 40. & 50.* Nos *Consil. 48. n. 54. & 66. volum. 2.* utpo-

442 te † quæ & ipsa lex est, & parem cum lege potestatem habet, *§. sine scripto. Inst. de J. N. Gent. & C. l. consuetudines. 2. Cod. quæ sit long.*

443 & quam † pontifex in decisione causarum sequi jubet, *c. cum venissent. 3. ibiq.* Bald. & Panorm. *de eo qui mitt. in poss.* Tiraquell.

de re-

559 in Gallia, † qui per Jurisprudentiam senatoris & Consiliarii regii dignitatem adipiscuntur, eo ipso Nobiles fiunt, & posteris suis Nobilitatem parant, Marquard.Freher.*in not.ad Petr. de Andlo lib.2.de Rom.Imper.cap.11.* Harpprecht.*d.loc.* Lansius *d. loc.fol.80.* Unde ut Imperatoris Sigismundi Cancellarius,
560 Georgius Fiscellus, † equestribus dignitatibus ab Alphonso ornatus, Dn.Hôping.*de Jur.Insign.cap.8.§.5.n.1449.* atq; ob id à Doctoribus ad Equites inclinans, justè ab Imperatore reprohensus, Æneas Sylvius in Paralipom. Alphonsi.*lib.4.cap.19.* ita
561 quoq; execranda illa bestia † Genuensis omnibus infamiæ pœnis merito suo afficienda, quæ iniquissimo ac petulanti ore dixerat, non pennam esse quæ faceret Nobilitatem, sed penem, Alberic. Gentil. *lib. 4. de Nupt. cap.13.* Lans. *in Consult. de provinc. prærogativ. Orat. contra Italiam. fol. mihi. 729.* & hæc non solùm in
562 Doctoribus, sed & omnibus aliis † ad Consilium principum, etiam inferiorum, vocatis, immunitatis respectu, procedunt, modò tamen dignam officio adferant scientiam & experientiam, nec domi delitescentes basse cum grillis noctis volent, denn dergleichen Ofenbrüder vnd Birnbrater wenig verträglich/ Bald.*Cons 44.in princ.lib.2.* Tusch.*tom 5.conclus.52.lit.N.l. decurionibus.3. & l.seq.C.de silentiar.lib.12.* Luc. de Penna *in l. un. C.de sal. gam.hospit.non præst.lib.12.* Guid.Pap.*decis.376.* Roland.à Valle *Consil.66.n.42.& seq. vol.1* Georg.Beatius *de debuor.inope.cap.16.n.148. & 152.* Wesenbec.*Cons.40.n.41.volum 1.* Marpurg.*Cons.de collectiu num.135.& seqq.* quamvis hodie, proh dolor! plerumq; benefi-
563 cia & famam † alii habeant, alii mereantur, quod juxta illud ab ultima antiquitate proverbium, ἄλλοι κάμον, ἄλλοι δ᾽ ὤναντο. Thom.Reinesius *lib.1.Var.lect.cap.15.in princ* inquit ille, Sagittar. *de Comit. Palat. conclus.5.lit.C.in fin.*

Quæ verò de duarum superiorum Facultatum Docto-
564 ribus hactenus diximus, eadem etiam † ad Medicos extendimus.
565 Licet enim Genes.*50.vers.2.ibi: præcepit servis suis † medicis. & l. Thais.41.§.Lucius Titius.6.ff.de fideicom.libert.* medici servi dicantur, eorumq; ars sellulariis comparetur, gl. *in l. pen. ubi* Sichard. *n.4.*

n.4.Cod.de cond.ob cauf.& in l.1.n.22.C.de oper.libert. Id tamen vel pro temporis & regionis ſtatu, vel aulico more intelligendum; ubi nimirum ſervi ad certa officia deſtinabantur: & vel chirurgi & empirici erant, Freher.*lib.2.parerg. cap. 16.* vel aliàs, quia medici in miniſterio principum, qualis Joſephus, erant, iiſdemq; inſerviebant, abuſivè, à ſerviendo, ſervi dicebantur, videatur, Dn. D. Georg. Walther. *de Stat. & Jur. Doct.cap.12.§. 74.ubi egregiè* adeoq; ad hodiernum ſeculi ſtatum non eſt trahendum, neq; id divina ars permittit. Primò enim Medicina
inventum † DEI eſt, Eccleſiaſt.*38.verſ.1.& 2.& ſeqq.* ibi: altiſſi- 566
mus creavit medicum. & à DEO eſt omnis medela; quinimò ipſe eſt omnium morborum medicus unicus, Exod.*15.verſ.ult.* Ovid.*lib.1.Metamorph.fabul.13.*

Inventum medicina meum eſt, opiferq; per orbem
D cor, & herbarum eſt ſubjecta potentia nobis.

& quæ pluribus perſequitur Tiraquellus *de Nobilit.cap.31.per to-*
tum. Deinde multi † angeli & ſancti, Tiraquell. *d. loc.n. 81. &* 567
ſeqq.num.103,& ſeqq. Imperatores, Tiraquell.*d.loc.n.157. & ſeqq.* Reges.*ibid.n.105.* Pontifices, *ibid.num 164.* Poetæ, *ibid.n.165.* & alii fuerunt medici, *ibid.n.257.& ſeqq.* unde &, qui artem medi-
cam excolunt, † honorandi, Eccleſiaſt.*38. verſ.1.* ibi: honora 568
medicum propter neceſſitatem, &, ob id quod honorandi, in
dignitate † eos oportet eſſe conſtitutos, *c. quanto. de magiſtris.* 569
Cephal.*Conſil.111.num.20. & Conſ.117.num.23.volum.1.* Riminald. *Conſ.41.n 8.& Conſ.128.n.6.* Pariſ.*Conſ.9.n.47.volum. 2.* Roland. à Valle *Conſ.67.n.9.volum.3.* Feſtaſ.*de æſtimo & collect.part.4.cap 3. n. 6.c.regula.de Regul.Jur.in 6.* Lenauder.*de privileg. Doctor.part. 2 §. 13 num.15.* maximè, cum & inſignia Doctoratus ſuſcipiant, Bart *in l.fin.C.de decur lib.10.* Feſtaſ.*d.loc.num.63.* adeòq; & nobi-
les & † immunes reputentur, Guid.Papæ *deciſ.394.* ut proinde 570
non mirum, ſi JCti, † legum conditores, medicos, veluti fra- 571
tres, multis privilegiis ſint proſecuti, *l.inter eos 33.§ ult.ff.ex quib. cauſ.major.l.ſi duas.6.§.grammatici.1.l.ſed & reprobari ff.de excuſ.tut. l.ult.§.ult.ff de mun.& hon.l.medicos l.archiatri.l.ul.Cod de profeſſ.&*
medic.lib.10. Tiraquell.*de Nobilit.cap.31.n.316. & ſeq.* maximiq; † 572
principes & Reſpublicæ ſummis eos affecerint honoribus & ſtipendiis, prout Galliæ Rex Carolus VIII. Jacobo Coſterio, ſuo

medico, decem aureorum millium menstruum stipendium, ejusq;nepoti Episcopatum Ambianensem,propinquis verò & amicis munera publica multa largit⁹,Cominæus *lib.9.comment. fol.mihi.652.& lib.10.post princ.fol.670.*Bzov. *Annal. Ecclesiast. tom.*
573 *19.pag.75.* & nuper † admodum Respublica Veronensis, amicũ nostrum summum,Johannem Henisium,Philos.Poetan. Medicum,ob fugatam pestem, non solùm in ordinem patriciorũ coaptavit,& erectione columnæ honoravit,sed & multis aliis, tanto viro dignis,muneribus affecit.

Ut autem Nobilitas Doctorum certa sit, & exinde proveniens imunitas probata,Bart.*in l.medicos.6.C.de profess.& medic, lib.10.*Cardinal.& Imola *in Clem.2.de magistr.n.37.*Festas. *de astim. & collect.part.4.cap.3.n.49.& seq.* hæc tamen tantum de perso-
574 nalibus,† unico vicissim judicandi munere,quod JCti subterfugere nequeunt,excepto, *l.sancimus.6.l.ad similitudinem.16.C.de adv.divers.judic.l.suggestionem.§.ibi* : posteaquam advocationis deposuerint officium,dignitate quadam,nostra liberalitate potiantur *C.de advoc.divers.jud.*Lenaud.*d loc.part.2.§.7.n 9.* & quæ
575 extra † ordinem indicuntur,& sumtu patrimonii,& detrimento administrantis, ô quam enormiter hic peccatur ! expediuntur,qualia sunt munus hospitis in domo recipiendi , angariarum,& similia,*l.3.§.munus hospitis.14.l.cũ muneris.12.l.honor.14.§. viarum.2.& l.ult.§.patrimoniorum.18.ff.de mun. & hon.l. hi qui.6.l.à muneribus.7.l.in honoribus.8.§.qui muneris.3.l.ab his.10.§.angariorum 3.& l seq.ff.de vacat.& excus.mun.l.maximarum.12.C. de excus.mũ. lib.10.l.archiatros.8.C.de metatis lib.12.& l.medicos.6.& l.ult.C.de profess.& medic.lib.10.*Lenaud.*d.loc.§.7.n.7.*Thoming.*decis.55.n.13.& 16.*Bocer.*de collect. cap.11.n.45.& seq.* non verò patrimonialibus
576 † & quæ tempore bellicæ necessitatis , licet Natta *Cons.66.n.17.* aliter sentiat,imponuntur,oneribus intelligenda & exaudienda, *l.ab his oneribus.10.in princ.& §.angariorum.2.l.si munera.11.l.in honoribus.7.§.Philosophi.4.ff.de vac.& excusat.mun.l. qui immunitatem.3.l.professio.6.Codic.de muner.patrimon. lib. 10.* Thoming. *d. loc.*
577 *num.6.& seqq. num.12. & 27.* tunc enim † omne privilegium dormit,Antibol.*de Muner.part.princ.3.in princ. num. 51. & seqq.* Gail.*lib.2.Observ.52.num.26.* Mynsing.*cent. 4. Observ. 70.* Heig. *part.1.quæst.18.num.26.* Neq; verò movet, quod Nobiles, Doctores

ctores & similes personæ suas immunitates † & privilegia sua 578
à lege habeant, quæ proinde, ut in corpore Juris clausa, latissimè interpretanda sint, Anton. Faber *in suo Codic. lib. 9. defin. 6. n. 3.* Casp. Anton. Tessaur. *decis. 93. num. 2.* Tapia *ad l. fin. part. 2 cap. 8. num. 21. ff. de constit. princ.* maximè cum lex semper † loquatur, 579
&, ac si hodie scripta esset, habeatur, Bartol. *in l. Arriani. Codic. de haeretic.* & imperium semper vivat, *l. proponebatur. ff. de judic.* & Imperator in Capitulatione † sua leges illas confirmet, quæ 580
proinde, ut causam sequatur effectus, valere debent, secus si fieret, res reduceretur ad Jus commune, & privilegia fierent inutilia, Carol. Tapia *in Rubric. de constit. princip. cap. 6. n. 8.* Privilegia siquidem † immunitatis concessa non comprehendunt con- 581
tributiones & onera ob bellum vel aliam necessitatem aut utilitatem publicam indicta, *l. jubemus. C. de SS. Eccles. l. 2. C. de quib. mun. se nem. lic. excus. lib. 10. l. 1. C. ut nem. lic. se ab emt. spec. lib. 10.* Jason *in l. si ex toto. n. 8. ff. de legat. 1.* Tessaur, *decis. 234. n. 10.* Heig. *d. loc. quaest. 17. per tot. & quaest. 18. n. 26.* Mynsinger. *cent. 4. Obs. 70.* Sixtin. *lib. 2. de regalib. cap. 14. n. 125.* quod etiam novissimi Imperii Recessus confirmant, dum neminem † quoquo modo etiam immunita- 582
tem habeat, à Turcicis & consimilibus contributionibus immunem esse volunt, R. A. de anno 1495. 1500. 1542. §. Und nemlich sollen. §. Es sollen auch alle Churfürsten. 1544. §. Und nemlich sollen alle. 1576. §. Und nach dem diese. 1582. §. Und demnach sollen die Unterthanen. 1594. §. Demnach sollen. 1598. §. Dieweil dann. 1603. §. Nach deme. & §. seq. 1613. §. Nach dem es nun. ubi semper verbotenus: Geistliche und Weltliche sie seyn exemt oder nicht exemt/ gefreyhet oder nicht gefreyhet/ niemand außgenommen. Et hoc exinde, quia necessitas non habet legem, † & in omni dispositione excepta intelligitur, & hoc mul- 583
to magis in privilegio, cum id Jus debilius sit, quam Jus commune, *c. 2. de observ. jejun. c. sciunt. de consecrat. dist. 1. l. ejus. 30. ff. de test. milit.* Natta *Cons. 63. n. 6.* Lex quidem semper loquitur in casu, in quo disponit & vult loqui: sed & † tempori lex inservit, & 584
pro temporis mutatione vel ipsi derogatur, vel etiam omnem vim & autoritatem suam amittit, *proaem. Clement. c. 8. de consang. & affinit. arg. l. un. C. de impon. lucrat. describt.* Domini Marpurg. *d. Cons. n. 151 & seqq. & n. 166. & seqq.*

Sed

Sed quid de viduis & liberis Nobilium & Doctorum, in quos sanè, insuperhabitis parentum & maritorum meritis, multi satis iniquè grassantur, dices? Thomatus, & qui eum cum Thomingio sequuntur, putant, quod, mortuis maritis & parentibus, etiam privilegia mortua, idq; sequentibus rationibus.

585 I. quia privilegia † sunt stricti Juris, *l. Jus singulare. 16 ff. de Legib. c. porrò. 7. de privileg.* Menoch. *Cons. 34. n. 31. volum. 1.* Wesenbec. *Cons. 78. n 8. volum. 2.* Petr. Gregor.. *de Jur. arte. cap. 7. n 22.*
586 nec extenduntur † ad alia quàm disertè expressa, *c. cum capella. 16. de privileg. l. si non sortem. 26. §. libertus. 12. ff. de condict. indebit.* Caballin. *de Evictiòn. §. ut emtor agere possit. 3. num. 104. & seq.* Ego
587 *Cons. 33. num. 5. volum. 2.* Jam autem jura † privilegiatis personis tantum, quoad vivunt, immunitates tribuunt, *l. archiatros. 8. ibi: dum vivunt. C de metat. & epidemet. lib. 12.* ex quo consequi-
588 tur, mortuis personis, quibus † immunitates concessæ erant, beneficium quoq; ipsum expirare, *l. sordidorum. 13. Cod. de excus. mun lib. 10. l. ætatem 3. in fin. ff. de censib. l. qui ab hoc. 1. §. personis. 1. ff. de jur. immunit.* nec uxores & liberos earum privilegiis uti, gloss. *in l. medicos. 6 verb. & filiis. C. de profess. & medic. lib. 10. & l. omnis. 2. verb. filii Codic. de Episcop. & cleric.* Thomat. *de collect. §. medici. num. 15.* Francisc. Marc. *decis. 637. num. 3. part. 1.* Thoming. *decis. 55 n. ult.*

II. quia fundamentum privilegii consistit in persona, & propter eam personā ad uxores & liberos non extenditur: fun-
589 damento † ergò destructo, extensio quoq; interit, *l. athleta. ff. de excusat. c. cum cessante. de appellat.* Cyn. *in d. l. omnis. n. 2.* Bald. *n. 5. C. de Episc. & cleric.* Petrus Peck. *in c. privilegium. 7. n. 10. in princ. de R. Jur.*
590 *in 6.* & maritis mortuis privilegium simul perit, † quia tale beneficium personale est, & cum persona extinguitur, *l. quia tale. 13 ff. solut. matrim. d. c. privilegium. 7. de Reg. Jur. in 6.* Alberic. de Ros. *lib. 1. statut. quæst. 114. num. 4. & d. l. omnis. 2. num. 9. ubi* Salicet. *num. 4.* Johann. de Platea *in l. filiis. num. 4. & 5. Cod. de decurion. lib. 10.* Thomat. *d loc. n. 11. & 15.*

591 III. quia privilegia † & exemtiones sic indulgenda, ne publica inde vacillet utilitas, quod sanè fieret, si viduis earumq liberis quoq; immunitas concederetur, *l. hac lege. 2. C. de privil. Scholar. lib. 12.*

IV. quia

IV. quia † nulla lege expressum & decisum, quod viduæ, cum liberis, maritorum immunitatibus perfrui debeant, Castrens. *Cons 330. n. 3.* non temerè ergò affirmandum, *Nov. 18. cap. 5. in princ. cum simil.* 592

V. quin è contra Jure statutum, quod † munerum vacatio cum patre mortuo evanescat, *Rubric. C. de mun. inter patr. & fil. non continuand. lib. 10.* Thomat. *d. loc. n. 11.* 593

VI. quia *l. medicos. 6. C. de profess. & medic. lib. 10.* tantum officium exercentibus privilegia attribuit non aliis: quomodo ergò viduæ & liberi immunes erunt cum officium exercere non possint, beneficia † autem & privilegia tantum propter officia dentur, *l. 42. §. 2. C. de Episcop. & cleric. c. fin. de rescript. in 6. c. cum secundum apostolum. de prabend. & dignit. c. nuper. in fin. de decim. c. fin. de magistr.* Claud. Pratejus *lib. 4. regul. Jur. tit. 7. cap. 5.* Martin. Uran. *Cons 5. num. 27. tom. 1.* Hortleder. *lib. 4. de causis belli German. cap. 7. n. 55.* Et 594

VII. soluto matrimonio, † maritalis quoq; societas solvatur, maritusq; & uxor tunc pro una persona amplius censeri & haberi nequeant, *1.* Corinth *7. vers. 39. Novell. 22. cap. 20. in princ.* glos. *§. illud. 5. de non eligend. secund. nubent. Novell. 2.* sic quidem, ut si maritus † vel uxor resurgant, non recuperent se, gloss. *in c. licitè 32. quæst 3. l. nam ad ea. 5. ubi* Guilielm. Bart. Bald. & alii. *ff. de Legib. l. Paulus. l. si quis sic stipulatur. 56. ff. sol. matrimon.* Tiraquell. *in LL. connubial. verb. consentement. gloss. 6. n. 19.* Sebast. Medic. *tract. Mors omnia solvit. part. 2. conclus. 65. n. 207.* 595 596

Verum his & similibus non obstantibus, in memoriam & reverentiam defunctorum, etiam post obitum eorundem, gaudent viduæ † & liberi privilegiis & dignitatibus maritorum & parentum, & dominæ vocantur, modò tamen in viduitate persistant, Bart. *in l si post mortem. 10. § fin. ff. de bon. poss. contra tabul.* Petrus Lenauder. *de privil. Doctor §. 13. n. 15.* 597

I. quod non solis Nobilibus & Doctoribus, sed & eorundem uxoribus † nominatim concedantur, *l. medicos. 6. C. de profess. & med. lib. 10.* ex quo clarè apparet & efficitur, maritorum mortuorum viduas nihilominus retinere imunitates sibi concessas: tum quia lex † infinitè & simpliciter loquitur, & proinde 598 599

finitè accipi & intelligi non debet, *l. de pretio. 6. ff. de Public. in rem act. l. prætor ait. 1. §. quod autem. 3. ff. de aleator. l. hic titulus. 1. § generaliter. 1. ff. de leg. præst. l. à procuratore. 13. C. de mandat.* tum quia alioqui mentio uxorum & filiorum, quos vivente marito & parēte immunes esse constabat, planè esset supervacua & otiosa,
600 quod non est admittendum, cum leges † nihil dicant vel faciant, frustra, vel otiosè, *l. legis virtus. 7. ff. de Legib. l. hæc stipulatio. 14. §. Divus. 1. ff. ut leg. servand. caus. cav. l. postliminii. 5. in fin. ff. de capt. & postlim. rev. l. cum dos. 1. § fin. ff. de dot. prəleg. l. si frater. 4. C. qui test. fac. poss.* Zas. *in l. 1. § si vias. n. 11. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Cothman. *respons. Academ. 15. n. 9. & 10.*

601 II. quod privilegia † & immunitates ex ipso privilegio Imperiali in personis uxorum sint radicata, *d. l. medicos. 6.* atq;
602 ideò non nisi cum illis ipsis emoriantur, cum id, quod † radicatum est, difficilius eruatur & auferatur, Bart. *in l. quo minus. n. 2. in fin. ff. de fluminib. l. non amplius. 26. §. 1. ubi* Dd. *ff. de leg. 1.* Cothman. Alexandrum frustra allegans *d. loc. n. 11.* Et sanè si rem ipsam intueamur, mariti privilegium personale, in viduam non tam transit, quam in ea continuatur, cum princeps ipse id ei concedere voluisse existimetur, Petrus Peck. *d. loc. n. 10 à princ.*

603 III. quod viduæ, † quæ in sua viduitate consistunt, perinde habeantur, ac si viros suos adhuc superstites haberent, *l. fin. C. de bon. matern. l. rem in præsenti. 1. §. cum autem exactione. 7. C. de rei uxor. act.* Ludov. Roman. *in l. si convenerit. n 6. ff. de jurisd.* Luc. de Penna *in l. quoties. 2. §. & nota quod dicit permanentes. vers. item quia. C. de privil. Schol. lib. 12.* unde graviter admodum & honestè Va-
604 leria Messalina † Sulpitii conjunx, cum eam fratres, post mariti mortem interrogarent, cum & ætate adhuc esset integra, & forma eleganti, nubere iterum an vellet, minimè verò inquit illa, nam Sulpitius mihi semper vivit, Petr. Peck. *d. loc. num. 10.*

Quod si verò diceretur, non verè, sed fictè defunctum maritum superstitem censeri. Nihil referre, respondemus, cum
605 † fictio in hoc favorabili casu fictò tantum valeat, quantum veritas in casu verò, *l. filius à patre. 28. §. filiusfamiliàs. 1. ff. de lib. & post.* gloss. *in c. 1. verb. renunciet. de renunciat. in 6. & in c. 1. ne sede vacant. & in Clem. ne Romani. §. sanè. de elect.* Cravet. *Cons. 428. num. 14.* Ce-

phal.

phal. *Consil. 526. num. 46.* Anton. Galeatius *Consil. 85. n. 13.* Pruckm. *Consil. 38. n. 104. vol. 1.*

IV. quod eo casu, quo immunitates alicui principaliter conceduntur, & aliæ præterea † personæ expresse nominantur, personis istis nominatis imunitates æquè debeantur, Dominic. *in c. ne aliqui. vers. quæro an uxor. de privil. in 6.* Hippol. Riminald. *Consil. 258. n. 10.* Natta *Cons. 242. n. 2. volum. 2.* In nostro verò casu uxores viduæ & liberi disertè nominantur, & quidē verbis, † Semper, & Perseverent, proprietatem denotantibus, *d. l. omnis. 2. C. de Episcop. & cleric. d. l. medicos. 6. Cod. de profess. & medic. lib. 10. d. l. quoties. 2. C. de privil. Schol.* ideoq; istis immunitates non sunt denegandæ, præsertim cum ab Imperatoribus & Pontificibus proveniant, † quas, ut summè favorabiles, latissimè interpretandas esse scimus, *l. fin. ubi Tapia part. 1. cap. 2. n. 6. & part. 2. cap. 3. n. 95. ff. de constit. princip.* Alberic. *part. 1. statut. q. 114.* Alciat *in l. 2. n. 21. C. de in jus voc.* Johann. à Platea *in l. mulieres. C. de dignit. lib. 12.* 606 607 608

V. Multum huc confert textus Juris apertissimus, qui immunitates & prærogativas, quæ personis privilegiatis indultę sunt, & concessæ sunt, † earundem viduis quoq; simpliciter & nominatim attribuit, *d. l. quotiens. 2. Cod. de privil. Schol. lib. 12.* liberis item jam natis & procreandis, *l. advocatos. 2. C. de advocatis divers. judic.* ubi autem † textus habemus manifestos, nullus relinquitur locus disputationi & alterationi, *l. ille & ille. 25. §. cum in verbis. 1. ff. de leg. 3.* Bald. *in l. placet. 5. in princ. C. de SS. Eccles. & in l. fin. C. de Legib. & in l. si quis. 1. C. de relation.* Natta *Cons. 416. n. ult. vol. 2.* Cothman. *Cons. 35. n. 27. vol. 1. & respons. Academ. 15. n. 15.* ubi Thomato contrarium sentienti obliquè respondet. 609 610

VI. quod præter immunitates in viduis perseverantes, *l. omnis. 2. C. de Episcop. & cleric.* etiam causa impositionis onerum, negotiatio nimirum & mercimonium, in viduis cesset, † & proinde etiam effectus cessare debeat, *l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patronat.* Laurent. de Prun. *Cons. 113.* Paris. *Cons. 69. n. 45. vol. 3.* Corn. *Cons. 29. n. 8. vol. 4.* Gerhard. *apud Mundium Cons. 40. n. 311. volum. 2.* Hartman. Pistor. *quæst. 6. n. 50.* 611

VII. quod privilegia, † quæ parentibus & maritis non solum, sed & liberis & uxoribus ea ratione, quod parentum & 612

maritorum liberi & uxores sint, dantur & conceduntur, mortuis parentibus & maritis nullo modo expirent, *l. semper. 5. §. negotiatores. 3. ff. de jure immunit. l. filii. 22. §. vidua. 1. ff. ad Municip. c. decet. 16. de Regul. Jur. in 6.* Sebast. Medic. *tract. Mors omnia solvit. part. 2. conclus. 49. num. 135. usq. ad fin.* Negari autem non po-
613 test, quod liberis & uxoribus Nobilium & Doctorum † ideò immunitas concedatur, quod sint liberi & uxores talium; *l. medicos. 6. C. de profess. & medic. lib. 10.* mortuis ergò parentibus & maritis nihilominus privilegium durare consequitur, Medic. *d. loc.* Cothm. *d. loc. n. 24.*

614 IIX. quod cum jure liberi & viduæ † retineant parentum & maritorum suorum dignitatem, domicilium & forum, *l. fœminæ. 8. & l. fin. ff. de senator. l. exigere. 65. ff. de judic. d. l. filii. 2. §. vidua. 1. ff. ad Municip. l. cum te. 10. C. de nupt. l. mulieres. 9. Codic. de incolis. lib. 10. l. mulieres. 13. C. de dignitat. lib. 12. Nov. 22. cap. 36. c. is qui. §. mulier. de sepultur. in 6.* Matth. Stephani *lib. 1. de jurisd. cap. 14. num. 17. & seqq. & lib. 3. part. 2. cap. 6. n. 3. & 4.* Felin. *in c. super eo. 2. de test. lib.* Socin. *Cons. 81. volum. 3.* Tiraquell. *de Nobilit. cap. 18. num. 17.* Zanger. *de Except. part. 2. cap. 1. n. 57.* nulla causa subsit, ob quam immunitatibus privari debeant, Cothman. *d. loc. n. 25.* quin & mulier, donec vidua est, petere potest, ut sibi exemtio vel encænium fiat, sicut vir habebat, & petere poterat, Angelus *in Novell. 22. §. non tamen.*

615 IX. quid quod, † ab hominum memoria in hunc usq; diem, id ubiq; in Academiis, Tubingensi, Sichard. *in d. l. cum te. 10. n. 3. C. de nupt.* Witebergensi, Francofurtensi, Lipsiensi, Heidelbergensi, Helmstadiensi, Jenensi, Marpurgensi, Cothmann. *respons. Academ. 26. n. 1. 6. 7. 9. 12. 14. 17. 23. & 25.* nec non in Augustissimo Cameræ Spirensis Tribunali communiter & firmiter ita observetur, ut viduis, quæ in viduitate steterunt, & liberis, qui conditionem suam retinuerunt, immunitates concessæ & relictæ fuerint, Tileman. de Benignis *Syntagm. 1. decad. 5. vot. 9. n. 8. vers. omnes.* & proinde non immeritò ubiq; ita sequendum, Mandosa *de Inhibition. q. 72. n. 21. & seq.* Menoch. *lib. 1. de præsumt. q. 1. n. 27.* Bocer. *de Investitur. cap. 5. num. 75. vers. proindeq.* Cothman. *Consil. 15. n. 35. & 38.*

616 X. quod † cum artificum vulgarium viduis statuta & consuetudi-

ſuetudines locorum, in maritorum defunctorum memoriam & ſolatium permittant, ut per conductos ſervos artificiũ exerceant, Petrus Coſtal. *in d.l.fœmina.8.circa fin.ff.de ſenator.* Matth. Stephani *lib.1.de Juriſd. cap.14.n.17.* multò ſanè magis Doctorum viduis flebile & miſerabile viduitatis privilegium intactum & illibatum ſit relinquendum, argumento † à majori du- 617
cto, Matth. Stephani *lib.2. Dialect.jur.loc.92.n.3.* cũ certiſſimi Juris ſit, quod beneficium principis † etiam uni perſonæ expreſ- 618
ſim conceſſum, non præſumatur perſonale, ſed reale, & ad heredes tranſitorium eſſe, Bart. *in l.pater.n.5.ff.de ſervit.leg.* Decius *in l.in omnibus cauſis.num.5.ff.de R.Jur.* Carol. Tapia *in l.fin.part.1.cap.3.n.32.ff.de conſtit.princ.* & hæc ſententia communiter à Doctoribus, quorum longum catalogum texuit Cothmannus *d.reſponſ.15.n.27.* adprobatur.

His ita poſitis : Non obſtat prima dubitandi ratio : Textus enim objectæ legis, etſi immunitates archiatris quoad vivant, attribuat, de viduis tamen eorum ne verbo quidem unico mentionem facit, tantum abeſt, ut immunitates ante datas eis eripiat, quod autem textus † non dicit, nec nos 619
dicere debemus, *l.ſi ſervum.§. non dixit prætor. ff. de acquir. hered. l. ſi verò. 64. §. de viro. 9. ff. ſolut. matrim. l. diſſentientis. 5. Codic. de repud.* Tiraquell. *tract. ceſſante cauſa. limit.1.num.73.* Weſenbec. *Conſil.231.num.21.volum.5.* Roland. à Valle *Conſil.30. num.24.volum.4.* Pruckman. *Conſil.4.num.111.& Conſil.42.num.28. volum.1.* nec, † quod lege non cavetur, in practica habetur, Bald. 620
in c.nihil.colum.ult.de elect. Jaſon *in l.illam. num.8. Codic. de collat.* Schrader. *de feud.part.10.ſect.7.num.42.* Atqui dicet aliquis, † 621
ſi hæc interpretatio recipiatur; otioſam eſſe mentionem quæ de vita archiatrorum eſt facta : nam archiatros ad vitam privilegiis & immunitatibus perfrui nulla erit dubitatio : ut igitur verba illa effectum ſortiantur, omninò neceſſe eſt, ea ſic accipere, ut mortuis archiatris privilegium ſimul evaneſcat. Sed parata eſt reſponſio. Imperatores enim non loquuntur de archiatris tantum illis, qui in officio ſunt, ſed etiam de iis, qui olim in officio fuerunt, & non illos tantum, ſed & hoſce immunitatibus frui debere reſcribunt, prout *l.habente.18.C.Theod.de medic.& profeſſ.* unde *d.l.archiatros.*

 deſcri-

descripta, prolixius probat & demonstrat, Jacob. Cuj. *in l. medicos. 6. C. de profess. & medic. lib 10.* Rescriptum igitur illud decidit tantum quæstionem, † an archiatri dimissi nihilominus ad vitam perfruantur, & de viduis nihil definit: imò quia archiatros ex palatio dimissos, & velut viduatos, immunitatibus donat, *l. ult. ff. de pæn. l. quicunq. 1. C. ubi senat. vel clar. §. l. judices 12. C. de dignit. lib. 12.* Arius Pinell. *in l. 4. n. 12. Cod. de bon. matern.* Boer. *decis. 246. per tot.* Ego *Cons. 60. n. 28. & 67. volum. 1.* haud obscurum intellectu est, nullam injuriam, nec injustitiam esse, si uxores quoq; † maritis viduatæ, cum liberis, privilegiis & immunitatibus perfruantur, *l. Divus 9. ubi* Salicet. *ff. de quæstion.* & † propter parentum & maritorum merita remunerentur, *l. nemini. 11. l. petitionem. 12. l. jubemus. 17. C. de advoc. divers. judic.* Althus. *de pænis, cap. 2. n. 117.* & paternam conditionem † sequantur, *l. fin. C. de filiis official. lib. 12. l. suggestionem. 1. & l. advocatos. 2. C. de advoc. divers. jud.* Nos *d. loc. num. 58. & seqq.* Deinde objecta *l. sordidorum. cum sim.* sententiæ nostræ magis patrocinatur, tum quia dicunt personis datas † immunitates non nisi cum personis interire: Immunitates autem, de quibus agimus, uxoribus, filiis & viduis concessæ sint, *l. medicos. 6. l. quoties. 2.* & proinde non nisi illis mortuis, vel quod perinde est, conditionem mutantibus, perire debeant, tum quia disertè ostendunt, † immunitates rebus attributas, personâ unâ vel alterâ extinctâ, minimè extingui, & immunitates nostræ non solùm personis, sed etiam rebus concessæ, *d. l. medicos. 6. C. de profess. & medic. lib. 10.* Antibol. *de Munerib. part. princ. 3. in princ. n. 20. in fin.* Tum respondemus tertiò, loqui hanc dubitandi rationem primam de rebus patrimonialibus † immobilibus, quibus onera inhærent, & quæ, per hactenus deducta, etiam viduæ ferre tenentur. Et certè quod Accursius ita senserit, † adparet *ex l. filii. 22. §. vidua. 1. verb. domicilium. ff. ad Municipal.* ubi etiam viduæ privilegium, quod vivo marito habebat, reservat, Cothman. *d. loc. n. 39. 40. & 52.*

Secunda porrò ratio si rectè intelligatur, movere nos non potest: Etsi enim libenter fateamur, Doctoris personam & operam ad immunitatum concessionem aliquid facere, persona tamen sola non est privilegii ejus causa immediata, ideoq; etiam

622 623 624 625 626 627 628 629

etiam personâ † extinctâ privilegium non statim extinguitur, 630
Barthol. Socin. *Cons. 116. n. 20. volum. 1.* Decian. *Consil. 31. n. 163. vol. 1.* sed aliæ præterea rationes sunt, ob quas privilegia & immunitates conceduntur, dignitas puta, & virtus, † per quam Doctores etiam post mortem vivere creduntur, *l. magistros. 6. C. de prof. & med. lib. 10.* Bald. *in Auth. habita. n. 10. C. ne fil. pro patr.* sed & commiseratio, quam ad viduas † etiamsi divites, velut miserabiles personas, *t. t. quando Imp. inter pup. vel vid.* Alexand. *Cons. 121. n. ult. vol. 1.* Jason *in l. Titia textores. n. 6. de leg. 2.* Matth. de Afflictis *decis. 267.* Roland. à Valle *Cons. 76. num. 38. & seqq. volum. 1.* Borch. *de feudis. cap. 10. n. 27.* Afin. *in prax. Judicior. §. 3. cap. 31. num. 33.* piè extendere licet, item matrimonii vinculum, Alexand. *in l. pen. in princ. num. 10. ff. de jurisdict.* Uran. *Cons. 34. n. 19. volum 2.* Gerhard. Marzol *Cons. 110 n. 33.* sed & viduitatis præmium, quodq; in viduitate † vidua mariti memoriam & imaginem repræsentet, Bald. *in l. pignoris. num. 2. C. de pign. act. & in l. cum te. num. 1. C. de nupt.* Roland. à Valle *Cons. 15. n. 13. volum 3.* Cephal. *Cons. 418. n. 39.* Tiraq. *de Nobilitat. cap. 18. n. 10.* Medic. *tract. Mors omnia solvit part. 3 n. 101. & seqq.* Deinde huic privilegio & immunitati causam præbet indulgentia & † beneficientia Cæsarea ad ipsas etiam uxores & viduas nominatim extensa, *d. l. medicos. 6. d. l. quoties. 2. C. de privil. Schol.* ut proinde hic dici nequeat, quod, destructo principali, corruat accessoriũ, & quod cessante causa cesset effectus. Quinimò utrumq; duabus perspicuis rationibus invertitur: primò quidem, quod † accessorium, in quo est provisio specialis, non corruat, etsi principale extinguatur, Dyn. *in c. accessorium. 42. n. 2. ubi* Philip. Franc. *n. 3.* & Peck. *n. 7. de Reg. Jur. in 6.* in nostris autem terminis, in uxoribus, filiis & viduis sit specialis provisio *d. l. omnis. 2. C. de Episcop. & cler. l. medicos. 6. l. quoties. 2.* Peck. *c. privilegium. n. 10. extr. de Reg. Jur. in 6.* ex quo consequitur, etiamsi probetur, uxorem esse accessorium, nihilominus tamen immunitatem & privilegium permanere. posteriore verò, quod homo, † propter nobilitatem suam hominis alterius accessio dici nequeat, *l. justissimè. 44. ff. de adil. edict.* Bart. *in l. servo. 1. num. 3 ff. de pecul. leg.* Peck. *d. c. accessorium. num. 7.* quodq; causa † privilegii nequaquam cesset, cum matrimonium, stante viduitate, perdurare, & maritus veluti vivere existimetur, Dd. *in l. fin. Cod. de bon. matern.*

Margin numbers: 631 (beside "tores conceduntur… Docto-"), 632 (beside "commiseratio…"), 633 (beside "duitate † vidua…"), 634 (beside "indulgentia…"), 635 (beside "quidem, quod †…"), 636 (beside "tatem & privilegium…"), 637 (beside "cul. leg. Peck…").

*matern.l.de emancipatis.C.de legit.hered.*glofs,*in l.jubemus.C.de erog. milit.annon.lib.12.*Bald.*in l.voluntas.ubi*: quamdiu vidua eſt,vivit lege mariti, *C.de fideicomm.& Conſ.459.vol.1.*Salicet.*in l.fin.Cod.de Verb.Signif:*Medic.*d.tract.Mors omnia ſolvit.part 3.n.104.* Certi autem & expediti Juris eſt,quando cauſa finalis † privilegii non
638 in totum ceſſat, & aliquæ ſaltem reliquiæ remaneant, privilegium non extingui, *l.& ideò.3.§.ſed & cum uxore 2.ibiq.* Alberic. de Roſate *ff.de act.rer.amot.l.unius.18.§.ſervus.6.ff.de quæſtion.l.fin. ff.de decurion.*Dynus *in c.decet.r.3.ff.de R.Jur.in 6.* Barthol. Socin. *Conſ.84.n.9.vol 3.*Teſſaur.*decis.267.n.5.& ſeqq.*Sixtin.*lib.2.de Regal. cap.14.n.101.& ſeqq.* Quamvis autem in marito major ſit ratio, quam in vidua & liberis, quia tamen in uxoribus quoq; & liberis,viduisq; rationes non deſunt,certè eiſdem immunitates invidere neq; poſſumus,neq; debemus, cum iterum manifeſti
639 juris ſit, beneficium † pluribus conceſſum ſemper permanere, etſi maior in uno,quam alio, ſit ratiò, *l.1.§.quod autem.ff.de aleat.* Dec.*Conſ.5.n.2.*Socin.jun.*in l.centurio.n 72.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.* Jacob.Butrig.*in Auth.habita.verſ.nunquid habet locum.Codic.ne fil. pro patr.*

Adhæc ſi privilegium Doctoribus ob ſolum publicum officium daretur,conſequeretur quod ante ejuſdem ſuſceptionem Doctoribus immunitates non deberentur. Poſterius autem falſum eſt, ergò nec prius ſubſiſter. Deniq; privilegium
640 hoc Doctoribus non ob ſolam cauſam ſucceſſivam, † puta ob ſervitia præſtanda, ſed ob cauſam præteritam,datur, atq; ideò poſt mortem eorum ad viduas quoq; & liberos eorum tranſit, Johann.de Anania *in Rubric.n.28.extr. de magiſtris.* Bartholom. Socin.*d.Conſ.84.n.11.volum.3.*Cothman.*reſp. Acad. 15.num. 43.& ſeqq.ubi hæc & ſimilia in terminis.*

Tertia quoq; ratio nihil nos movet: Tandùm enim abeſt,ut publica hoc caſu vacillet utilitas,ut etiam Imperatores &
641 Cæſares † publicè utile & neceſſarium eſſe exiſtimârint,uxoribus & viduis privilegia concedere, *d.l.medicos. 6. d.l. quoties.2.*
642 Deinde tributa † & alia onera bonis patrimonialibus impoſita viduæ quoq; eorumq; liberi pendunt, ac proinde Rempublicam non lædunt. Tertiò privilegium quoq; illud viduarum privatim utile eſt, cum viduæ, à mercimoniis & negotiatio-

tiationibus exclusæ, liberiorem civibus negotiandi rationem relinquant, Cothman. *d. loc. n. 51.*

Multò minus verò quarta obstat. Quamvis enim Castrensis scribat, † nulla lege expressa viduis immunitates nominatim indulgeri, primùm tamen regeram, nulla lege expressa viduis immunitates, quas habent, directò auferri vel denegari. Dicam deinde, legem, quæ uxoribus & viduis immunitatem concedit, esse certam & expressam, *d. l. medicos. 6. d. l. quoties. 2.* 643

Tertiò Castrensis de oneribus patrimonio jam antè impositis intelligendus. Tandem allatæ decidendi rationes pro viduis tanti sunt ponderis, † ut nullius Doctoris, quamvis classici, autoritate infringi queant, Cothman. *d. loc. n. 53.* 644

Nec etiam quinta: Ibi enim non agitur de honoribus & muneribus patri, uxori, filiis & viduæ simul concessis, de quibus nos tractamus, sed tantum de muneribus certis in personam patris collatis, quæ proinde, cum specialia † nec amplianda, nec ad alios casus trahenda, *l. quod verò. 14. l. jus singulare. 16. ff. de Legib.* Matthesil. *sing. 110. n. 99. in addit.* Covarruv *lib. 3. Var. resolut. cap. 19. n. 1.* Decian. *Cons. 13. n. 23. volum. 3.* Surd. *decis. 1. n. 8.* Nos *Cons. 66. n. 445. volum. 3.* Iuc trahi non possunt. *Rubric. C. de mun. inter patr. & fil. lib. 10.* Gothman. *sæpe allegato loc. n. 54.* 645

Nec sexta. Nam non solùm actu docentes, sed & alii docti & famosi, & de Republ. bene meriti immunitatibus perfrui, hactenus & hinc inde deduximus, *l. advocati. 14. C. de adv. divers. jud.* Paris de Puteo *de Syndicat. verb. Doctor. vers. an Doctor. n. 1. & 2.* Guido Papæ *decis. 88. n. 2. & decis. 388. n. 2. & per tot.* Tiraq. *de Nobilit. cap. 31. n. 364. & seq. & n. 381.* ut hac ratione hæc quoq; objectio invertatur, & inde concludatur, viduas eorundem privilegiis nullo modo spoliandas, *l. omnis. 2. ubi* Alberic. & Bald. *Codic. de Episcop. & cleric.* Oldrad. *Cons. 300. num. 1.* Tapia *in l. fin. part. 1. cap. 3. n. 5. ff. de constit. princip.*

Tandem falsum est, soluto matrimonio † solvi societatem conjugalem, quatenus superstes in viduitate permanet. Corpus quidem extinguitur, sed animorum consensus manet, & vidua portio esse censetur mariti sepulti, quæ memoriam ejus solo animo retinet, eumq; in sepulcro veneratur, ac sine secundo marito potius vitam transigere, quam vinculum & fœdus 646

cum defuncto marito olim disrumpere cupit, Petr.Gregor.*lib.*
9.Syntagm.cap.4.n.12. Unde præclarè admodum Anastasius
Imperator rescribit, perabsurdum, perq; temerarium esse, Im-
perialem liberalitatem Doctoribus, eorumq; uxoribus & li-
647 beris concessam, astuta interpretatione, prout plures † solem
adorant orientem potius quam occidentem, Plutarch. *in Pom-*
pejo, non ad augmentũ privilegiorum, sed eorum diminutio-
nem convertere, *l.fin.C.de præpos.agent.in reb.lib.12.* Oldrad. *Con-*
648 *sil.100.n.1.*Reusner.*lib.2 Consf.3.n.22.* Maledictus ergo † sit, qui
pervertit judicium peregrini, pupilli & viduæ, & dicet uni-
versus populus Amen, Deuteron.*27 vers.19.* Cothman. *d. loc.in*
fin.& per tot.

649 IV. Lege im̃unes sunt, Patres † duodecim liberorũ.

Apparent rari nantes in gurgite vasto. Virgil. *lib. 1.*
Æneid.vers.122. unde & vel propter hanc unicam causam tam
felices & Reip. utiles homines, immunes relinquendi: Rei-
650 publicæ siquidem † interest, ut hominibus repleatur, *l.cum ra-*
tio.7.§.si plures.3.vers.sed & Divus Hadrianus.ff.de bon.damnat.l.
Reipublicæ.2.ff.de jur.dot.l.dotium.1.ff.solut.matrim.l.sicuti.1.§.& ge-
neraliter 15 ff.de ventre in poss.mitt.l.honor.14.§ plebeii.4.ff.de mun.&
honor.l.ambiguitates.2.vers.augeri etenim.C.de ind.ct.vid.toll.l.utilitas
*3.C.de primipil.lib.12.*Roman.*Consf.59.n.1.*Calcan.*Consf.101 num.2.&*
*seq.*Jason *Consf.1.col.1 vers.& per hoc.vol.1.*Ferdinand. Paez *de ex-*
*cusand.par.ob num.liber.n.19.*Tessaur.*decis.267.n.15.*Festas.*de æstimo*
651 *& collect.part.4.cap.4.num 62 & seq.* & † magnificentia Regis
(inquit sapientia) in multo consistit populo: ubi autem defi-
cit populus, ibi minuitur principatus, Proverb.*14.vers.28.* Jo-
652 hann Serran *in Ludov.12 statim à princ.* subditorumq́ † multi-
tudo certum est florentis Status ac divinæ benedictionis indi-
cium, idem *in Henrico 2 fol.560.§.nimis latè profecto* Accedit
653 quod jam satis gravatus, † qualis duodecim liberorum pater,
ob eorundem educationem, videtur, amplius gravari non de-
beat, gloss. *in l.honorem 10.ff.de mun.& hono.*Bart & Dd *in l.fin §.*
quoties ff.de public. Bald. *in l.§ quibus.quæst.2 ff quod cujus univers.*
*nom.*gloss & Dd *in l.un C.de mulierib.lib.12* Innocent. *in c.cum*
*non sit.de decim.*Petr.de Anchar.*in Clem.præsenti.de censib.*Alexand.

Consf.

Conf.148.n 13.volum 6. cum vix alendis liberis & dotandis filiabus sufficere possit, & proinde, ut ut bona habeat, † dives non 654
præsumatur, Casp. Ant. Tessaur. *in addit. ad patris decis. 267. n.15.* & proporrò ab omnibus muneribus, ordinariis & extraordinariis, personalibus & patrimonialibus, immunis esse debeat, Bart. *in l. semper. 5. §. legem 1. vers. demonstratur.* ibi: οὐκ ἔστιν ἄλογον, ὥστε συγχωρῆσαι σχολάζειν τῇ παιδοτροφίᾳ, καὶ ἀνεπαθεῖσθαι τῶν λειτουργιῶν. *ff. de jur. immun. 1. & in l. si quis decurio. 24. ibiq.* Angel. Joh de Platea & Andr. de Bavul. *C. de decur. lib. 10.* Bald. *Conf. 312 in princ. lib. 3.* Guid. Pap. *decis. 401.* Antib. *de Munerib. part. princ. 3. princ. n. 12.* Ferdin. Paez *d. loc n. 24.* & tam pacis quam extremæ necessitatis & belli tempore, utroq; enim eadem militat ratio, *l. illud. 32 ff. ad L. Aquil.* Natta *Conf. 66. n. 1. & seqq. & Conf. 539. n. ult.* idq; eò magis, quod hæc immunitas à lege concedatur, † unde & latam habere de- 655
bet interpretationem, præter modò dicta, gloss. *in l. heres. 19. ff. de judic. l. hoc modo. 64. ff. de condit. & demonstr.* Tessaur. *decis. 267. n. ult.* Johann. de Anania *Conf. ult. n. 2.* Angel. Aretin. *in princ. n. 1. Inst. de excus. tutor.* Marcus Vertrand. *de jure liberor. cap 14. col. 2.* Rolan. à Valle *Conf. 66. n. 35. volum. 1.* Regner. Sixtin. *lib. 2. de Regal. cap. 14. n. 97.* Faciunt hic quidem Doctores nostri magnum festum de numero liberorum, dum † quidam trium liberorum, *princ. ibiq,* 656
Harpprecht. *n. 17. & seq. Inst. de excus. tut. l. pater. 1. C. de legation. lib. 10.* quidam † quinq;, *l. nepotes 3. l. de personalibus 5. Cod. de his qui num.* 657
liber. lib. 10. quidam verò duodecim † aut etiam sedecim 658
† numerum requirunt, *l. semper. 5 §. legem. 1. vers. demonstratur ff. de* 659
jur. immunit quidam etiam nullum numerum ad excusationem & immunitatem sufficere scribunt, *l. sextumdecimum. 2. §. numerus. 1. & §. quæ patrimoniorum onera sunt numero liberorum non excusantur. 4. ff. de vacat. & excus. mun. & l. numerus liberorum ab oneribus non excusat. 1. C. de his qui num. lib. libr. 10.* Ferdinand. Paez *de excus. par. ob num. liber. n. 20. & seqq.* ubi anxiè & inutiliter se macerat, Festas. *de æstim. & collect. part. 4. cap 3. n. 72. & seq.* Thomat. *de collect. §. Medici. n 15.*

Verùm frustra omnes laborant: Diversæ † namq; istæ le- 660
ges omnes in diversis loquuntur casibus, adeòq; nihil concludunt, *l. Papinianus. 20. ff. de minor. l. ult. ff. de calumniat. l. Quintus. 27. §. pen. ff. de aur. & arg. leg. l. cum quæritur. 12. cum legib. seqq. ff. de except.*

*rei judic.l.naturaliter.12.§.1.ff.de acquir.vel amitt.poss.§.l. inter stipulantem.8.§.sacram.vers.sed hac dissimilia sunt.ff.de Verb. Oblig.l.neq; natales.12.Cod de probat.*socer meus Harpprecht.*§.sunt & alia.11.n.*
661 *120.Inst.de nupt.* aut enim † de minori, quam duodecim liberorum exaudiendæ numero, Bocer.*de collect.cap.11.n.6.& seqq.* aut
662 in † personalibus tantum occupantur oneribus, á quibus, pro diversitate circumstantiarum, minor quandoq; numerus liberat, Tessaur. *decis.267.n.4.* vel loquuntur de pleniori sedecim
663 aut duodecim † nimirum numero, qui, præter necessitatis extremæ casum, Tessaur.*d.loc.num.15.vers.& cum illa opinione.* ab omnibus & personalibus simul & patrimonialibus patres excusat oneribus, *l.1.C.qui num.liber.lib.10.* Jul. Ferrett. *de gabell.& vectigal.n.491.*Gaspar Anton.Tessaur.*in addit.ibidem*, ubi præjudicia Senatus Pedemontani adducit. Lather.*lib.3.de censu.cap.3.*
664 *n.40.& seqq.* Distinguenda † ergò tempora & personas dicimus, quò scriptura concilietur, & Respublica etiam in sua harmonia conservetur, *l.apud antiquos.21.§.fin autem.C.de furt.* Abbas *in c.sacris.in princ.de his quæ vi met.caus.*Molin.*l.stipulatio.1.§.fin.n.21.ff.de Verb.Oblig.*Nevizan.*lib.4.Sylv.nupt.n.56.*Fichard. *Cons.75.in fin.volum.1.*Pruckman.*de Regal.§.soluta potestas.cap.3.n.159.* Ego *de diffamat.cap.3.n.66.* Et certè, ut quis vel lege, vel liberorum causa, maximè privilegiatus existeret, necessitas tamen evidens & publica utilitas vinceret omnem exemtionem & privilegium, *d.l.2.§.quæ patrimoniorum.4.cum simil.* Thomat. *de collectis.*
665 *§.medici.n.15.* Adhæc, ne lites crescant, † omnis ansa recidenda, quod non fieret, si parentes tot liberorum, divites præsertim, in maximis angustiis eximerentur, & immunes essent, *l.fratris.10.C.de transact.* cum tamen eorum etiam maximè interesset, ut patria & Respublica conservetur, & omne malum avertatur, quod ipsis, in consimilibus necessitatis casibus, in uno fortè filiorum, facilius, quam si unum tantum, vel etiam nullum haberent, accidere posset, & gravius esset, quam si sibiipsis fieret, *§.fin.Inst. de noxal.action.l.isti.8.§.fin.ff.quod met.caus.*Domini Marpurg.*de contribut.n.177.*

666 V. Præscriptione legitimâ † imunitatem acquirentes nihil præstant, *l.ult.C.de fund.patrim.lib.12* R.A. de anno 1548. §. Und soll unser, & §. Wann auch ein außgezogener. Jason *Cons.25.*

n.2.verſ.nec ad hoc obſtat.vol 3. Curt.jun.*Conſ.60.n.16.* Ruin. *Conſ. 217.n.13.verſ.non obſtat.volum.1.* Modeſtin.Piſtor.*Conſ.4.n.30.vol.1.* Burſat,*Conſ.16.n.41.* omnia † enim Jura præſcriptioni obnoxia 667
eſſe dicuntur, niſi expreſsè & nominatim, quod de contributionibus non invenitur, ab ea ſint exemta, *l omnes.4.Cod.de præſcript.30.vel 40.annor.l.ult.C.de fund.patrimon.lib.11.* Panormit. *in c. ad audientiam.n.12.& c.accedentes extr.de præſcript.& Conſil.94.n.2. volum.1.* gloſs.*in c.nullus Epiſcopus.1.quæſt.1.* Johann.de Arcan.*in c. pervenit.de cenſib.* Modeſtin.Piſtor.*Conſ.4.n.27.* Bocer. *de collectis cap.11.n.62.* & magna † vis eſt præſcriptionis, ut quæ excludit & 668
extinguit, ſi triginta vel quadraginta annorum eſt, omnes actiones, *l.ſicut in rem 3.l.omnes.4.C.de præſcript.30.vel 40.ann.* Thomat.*de collect.§.exactis.n.26.* Johann.Langovall.*in repet.l. imperiũ. §.hactenus.n.11.ff.de Jurisdict.* Pruckman.*§.ſoluta poteſtas.membr. 2. effect.7.n.112.* quinimò cum hæc præſcriptio, ad libertatem † quæ 669
favorabilis eſt, *l.Arrianus.47.ff.de Oblig.& Act.cum ſimil.* Cravet. *Conſ.3.n.9.* Corn.*Cõſ.268.n.19.& 29.* vergat, non ſolùm 30. vel 40. Alexand.*Conſ.30.n.12.& ſeq.volum.5.d.l.ſicut.3.* Mynſing. *reſponſ. 70.n.3.decad.8.& reſponſ.1.n.57.& ſeqq.decad.15.* Antib.de Munerib. *§.2.n.45.* Gravet.*Conſ.111.n.12.* Cephal.*Conſ.528.n.51.* Natta *Conſil. 446.n.12.& Conſil.649.n.3.* Borell.*Conſ.74 n.53.* Fabian. de Anna. *Conſ.59.n.57.* ſed & viginti † & decem annorum præſcriptio im- 670
munitatem à contributionibus tribuit, Fabian. de Anna.*d.loc.* Andr.de Sicilia *Conſ.fin.n.1.& 13.* apud Alexandr. *vol. 4.* Feſtaſ. *de æſtimo & collect.part.4 cap.4.n 6.& ſeqq.* Glock *de contribut.concluſ.44.* tributis ſaltem † Imperatori in ſignum recognitionis 671
univerſalis dominii debitis, utpote quæ contra ipſum non præſcribuntur, exceptis, *l.competit.6.& ibi* Bart.& alii.*C. de præſcript.30.vel 40.annor.* gloſs.*in c.cum non liceat.de præſcript.* Alexand. *Conſ.30.n.22.vol.5.* Natta *Conſ.226.n.6.* Feſtaſ.*d loc.num.4.* Johann. Franciſc.Balbus *de præſcript.part.2 part princ.5. quæſt.7. n. 2.* Menoch *Conſ.887.n.24.volum.9.*

Etſi verò quidam † in præſcriptione tali & titulum & bo- 672
nam fidem, nec non interpellationem & requiſitionem ad collectarum ſolutionem, & requiſitionis contradictionem, cum ſcientia & patientia domini requirant, quia tamen lapſu longi vel longiſſimi temporis, quod pro titulo eſt, *l.hoc jure.3.§.du-*

Etus aquæ.4.ff.de aqu quot.& æstiv.& ille, *l.si quis.8 §.1.vers. nisi ipse injustus poss:ssor.C.de 30.vel 40.annor.præscript.* Jason *in l.2.n.155.C.de Jur.Emphyt.* Jacob.de S.Georgio *de homag.n.41.* Balb.*d.loc.part.2. part.princ.3.n.27.* Mynsing.*respons.1.n. 73. decad. 15.* & ista præsumuntur, *l.pen.§.1.C.d.tit.de præscript.30.vel 40.ann.* Balb.*d.loc.part.2 part.princ.5.quæst.7.n.ult.* Salicet.*in l.autoritatem.2.C. unde vi.* Calderin.*Cons 15.col.1.* Cravet.*de antiquit.temp.part.1.§.ex præmissis.n. 40.& part.4.§.absolutus.n.15.* Cephal.*Cons.129.n.11.* Modestin. Pistor.*Cons.4.n.38.lib.1.* & nusquam in Jure nostro interpellatio & recusatio præscribentis, nec etiam scientia domini desideratur, frustra eam hic exigimus, Ruin. *Cons.217.n.13.lib.1.* Laurent. Sylvan *Cons.57.n.16.& Cons.59.n.11.& seq.* Natta *Cons.446. n.15.* Cravett.*de antiqu.tempor.part.4 § circa præmissa.n 36.& 38.& Cons. 111. n.21.& seqq.* Mynsing.*respons.1.n.67.& seq.decad.15.* Festas.*d.loc.n.17.* Surd.*Cons.234.n.34.* Roland, à Valle *Cons.5.n.6.volum.1.* Menoch. *Cons.784.n 37.volum.8.& Consil 887 n.54.volum.9.* Sixtin. *de regalib. lib.2.cap.14.n 118.* Cothman.*Cons.11.n.97.& seqq.volum.1.* Bocer. *d. loc.n.75.& seqq.* ubi Thomati aliud sentientis respondet argumentis, qui desuper videndus.

673 VI. Consuetudines † quoq; locorum antiquæ, quæ omninò servandæ, *l.consuetudinis.2.C.quæ sit long consuetud.l.si manifeste.7.ibiq.* Bald.*C.de serv.* Andr.de Sicilia *d.Cons.fin. n. 9.* quibusq; standum est, *l.si de interpretatione.37.l.minimè.23.ff de Legib. c.cum dilectus.de consuetud.* Panorm.*Cons 26.n.5. volum. 2.* immu-

674 nitatem † ab oneribus & contributionibus præstant, Jacob de S.Georg *de homagio.n.41.in fin.* Guido Pap.*decis.384. & decis.387.* Albert.Brun.*Consil.103.n 3.* Laur.Sylvan.*Consil.61.n. 21.* Tiraquell.

675 *de Nobilit.cap.20.n.168.* Mynsing.*d.loc.n.44.& seqq.* † habent enim tales consuetudines parem cum legibus, in simili genere & ratione autoritatem, *c.fin.de consuetud.* Martin.ab Azpilcueta *lib.5. tit.de simonia.Cons.84.n.1.tom.2.* Sanchez *de Matrimonio.tom.1.lib.6. disputat.7.n.6.* Donell.*lib.1.comment.Jur.Civil.c.10.* M. Lycklama à Nyholt *lib.1.membran. Eclog. 11.* deinde constat, & nos mox pluribus declarabimus, quod & privilegio principis immu-

676 nitas, certo modo, acquiratur, privilegio † autem legitima & antiqua consuetudo comparetur, *l.1.in fin.ibi: longa consuetudine*

& l.2.

